

mediare propter divinum testimonium tanquam ad aliquod im-
mediare; & formaliter revelatum à Deo; quia cum coniter
sufficiens hoc individuum esse humanum; & rite baptizatum,
non possumus prudenter formidare, aut dubitare, quod Deus lo-
quens absolute de omnibus infantibus baptizatis, locutus fue-
rit absolute de hoc ergo non solum sub conditione, ut inquit
Arriaga, sed absolute possumus de hoc singulari credere esse ju-
stificatum. Sicut si Petrus habens tres filios dicat omnes tres
filios suos; ego qui bene noveram eius filios, possum
immediate propter eius testimonium credere, singulos in parti-
culari obfisse; non solum sub conditione, si erant eius filii, sed
absolute, quia constat mihi prudenter de singulis, quos ego no-
veram, ipsum fuisse locutum. Similiter ergo possum ego abso-
lute credere, Deum locutum de hoc infante, quem ego scio rite
baptizatum, & deo credere absolute ipsum esse justificatum,
& non solum sub conditione, si Deus de hoc locutus est, eadem
enim est ratio in utroque casu.

339 Tertio Obicitur, quia negans Christum esse risibilem habe-
retur, ut hereticus ergo ad fidem pertinere illud affirmare. Con-
firmatur, quia multa proponuntur nobis ab Ecclesia, quae tam-
en scimus non esse à Deo revelata, nisi mediante hoc discursu,
quod quidam definitur ab Ecclesia est à Deo revelatum; sed hoc
sunt ab Ecclesia definita ergo &c. cuius minor est lumine natu-
rali nota maxime illi, qui Concilium interfuerunt. Demum Fides
potest cum scientia simul concurrere ad eundem assensum verbi
gr. possum eodem actu credere, animam esse immortalem, &
propter motum Fidei, & propter demonstrationem philoso-
phicam, ergo ex eo quod concurrat altera praemissa, quae non fit
de fide, non tollitur quod conclusio credatur ex fide.

Respondetur, illum praesumit Hereticum, quia non praesumi-
tur negare principium evidens naturale, quod homo fit risibilis,
sed principium obscurum revelatum, quod Christus fit homo;
quod non negatur, sed solum hominem esse risibilem, non est
verè hereticus, ut communiter notant Recentiores ad Con-
firmationem, plura habet Lugo *disp. 1. sect. 1. n. 269.* sed bre-
viter dicitur, quod quamvis per eum discursus eas res cognos-
camus esse à Deo revelatas, ac de fide, non tamen sunt de fide
propter talem discursum, neque fides nostra nititur illo discursu,
sed solum iudicium praecedens fidem; ratio verò formalis
afficiendi solum est, quia revelata sunt. Ad ultimum potest
absolute negari assumptum ex dictis *qu. 4. huius disp.* quod si
concedatur distinguendum est consequens cum Lugo est, si alia
praemissa scientiam non concurrant ad supplendum defectum
motivi fidei, quod se solo movere non poterat, sed ad maiorem
abundantiam, concedi potest; Secus si concurrant propter in-
digentiam, quia a motum fidei solum non sufficeret, ut con-
tingit in casu nostro; Et ratio discriminis est, quia in primo ca-
su obiectum conclusionis est revelatum, quare potest illud cre-
dere propter suum motum; at in secundo casu non est revela-
tum, necesse potest praecise, quia revelatum sed propter illud
complexum, quia revelatum est Christum esse hominem, &
aliumque constare hominem esse risibilem; quod complexum
non est motum fidei, sed complexum quoque aliud extraneum.

340 Quarto obicitur, quia assensus conclusionis deducta ex una
praemissa revelata, & altera naturali, est certus, & invidens
ergo est assensus fidei. Negatur consequentia, non enim quilibet
assensus certus, & obiectus est semper fidei, ad hoc enim ut
aliquid sit obiectum assensus fidei, non sufficit, ut sit verum ob-
iectum, sed debet tamen necessitate esse verum, ut non possit ei
subesse falsum, quod non convenit Theologicae conclusioni;
quia non est tanta certitudo assensus Theologici, quanta est as-
sensus fidei, cum lumen divinum, quod applicat intellectui
motum fidei, sit infallibile, lumen autem naturale, quod applicat
intellectui motum assensus theologici, non sit infallibile
unde ratio non sunt de veritatibus Theologicis controversiae, &
qui veritati Theologicae contradixerit, non eo praecise caelestis
341 in fide errare, ut notat Smissich loc. cit.

Quinto tandem, quia habitus Theologiae non distinguitur
ab habitu fidei; ergo assensus conclusionis Theologicae erit as-
sensus fidei, vel ab habitu fidei scilicet, probatur assumptum,
quia non debent sine necessitate habitus multiplicari, at in pro-
posito talis necessitas non cadit, nam vel conclusio illa inferatur
ab utraque praemissa revelata, & tunc cum obiectum pertinet ad
fidem, ut dictum est art. 1. & sufficit habitus fidei, nam quilibet
habitus extenditur ad omnia obiecta materialia, quae possunt at-
tingi propter suum obiectum formale; Si vero conclusio Theo-
logica inferatur ex una praemissa revelata, & altera naturali,
tunc etiam habitus fidei cum habitu naturali, qui versatur
circa praemissam illam naturalem ad elicendum assensum circa
conclusionem, verbi gratia si ex una praemissa de fide, & altera
pertinet ad Philosophiam inferatur conclusio Theologica, habi-
tus fidei, & habitus Philosophiae sufficienter ad assensum il-

lus conclusionis, nam sicut solus habitus fidei sufficit quan-
do utraque praemissa pertinet ad fidem, ita habitus fidei, &
Philosophiae simul sufficienter, quando altera praemissa pertinet
ad fidem, & altera ad Philosophiam.

Respondetur, quamvis Vulpes à Recentioribus deceptus *disp.*
29. art. 3. putet in Scoti sententia habitum Theologiae ab habitu
fidei infusa non distingui; longè tamen probabilius est, ac Sco-
to conformius, esse habitum distinctum, ut ab initio articuli di-
ctum est, quia diversum est obiectum formale fidei, & Theo-
logiae, saltem ex parte, & diversitas illa refundit modum valde di-
versum assentiendi, cum assensus Theologicus non credat ob-
iectum suum soli Deo, atque ideo nec lumen firmitate, & supra
omnia, ut credit fides; ergo diversus est habitus fidei, & Theo-
logiae. Tum quia habitus fidei non habet virtutem efficiendi
praemissas naturales, v. g. homo est risibilis, equus hinnibilis,
& omnes illas, quae possunt cum propositione aliqua de fide
conungi ad inferendam novam veritatem; sine ullo enim fun-
damento extenderetur talis habitus ad omnes veritates natura-
les, quantumvis inter se disparatas, ea praecise ratione, quod
ille possunt conungi in uno syllogismo cum propositione reve-
lata: Addit tamen Arriaga ad efficiendum discursum theo-
logicum non esse necessarium habitum distinctum ad fidem, & ab al-
tero naturali, qui circa eam praemissam naturalem versatur,
ut bene probat argumentum propositum; si enim fides lupeditat
hanc propositionem, verbi gr. *Christus est homo*, & habitus
scientiae naturalis illam, *Homo est risibilis*, iam sine tertio luppe-
radito haberi poterit intellectus inferre, *ergo Christus est risibi-
lis*; hic autem assensus generat novum habitum inclinantem ad
similes actus *Christus est risibilis*.

Aliis verò volunt Theologiam Scholasticam esse habitum
quendam medium inter fidem, & scientiam, quod videtur esse
de mente Scoti *loc. cit. 3. disp. 24.* dum inquit, quod discursus
ex una praemissa revelata, & altera naturali generat habitum
alium ad fidem, & sua dicit potest, quia assensus Theologicus est
quidam medium inter assensum scientiae, & fidei divinae, nam
cum scientia habet similitudinem in certitudine, differt verò ab
ea in obscuritate; cum fide divina convenit in motivo, & ob-
scuritate, differt ab ea in certitudine; cum fide verò humana
nec in motivo convenit, nec in certitudine; ergo pariter habi-
tus quidam medium erit inter fidem, & scientiam: Tum quia etiam
Arriaga ipse concedit illum assensum generare novum habitum,
inclinantem ad similes actus, etiam si dicit non esse ab in-
cessarium habitum ad fidem distinctum, & ab altero naturali, qui
circa eam naturalem praemissam versatur, ad efficiendum discursum
Theologicum; ergo absolute loquendo Theologia
Scholastica, ut est habitus studii acquisitus, erit habitus quidam
medius inter fidem, & scientiam.

Sed adhuc est difficultas, an fit habitus medius essentialiter
distinctus ad fidem, & scientiam, an potius solum accidentaliter.
Faber *sent. disp. 6. c. 1.* hoc fecimus affirmat, nam Theologia
Scholastica (inquit) est sicut praemissa propositiones naturaliter
evidentes, quae tamen temperantiam adiungit alteram praemissam
creditam, hinc fit, conclusionem quoque esse creditam, quia
conclusio sequitur semper debiliorem partem; ergo Theo-
logia Scholastica habens annexas multas propositiones Philoso-
phicas essentialiter non differt ab habitu fidei, sed tantum acci-
dentaliter, quoniam ex illa propositione naturaliter nota, &
altera de fide producitur conclusio, quae habet maiorem eviden-
tiam, quam si ambe praemissae essent de fide, non tamen est tanta
certitudo, quae sufficit ad scientiam proprie dictam, quare
concludit Theologiam Viatorum non esse scientiam, sed fidem,
vel habitum tantum accidentem alteri ad fidem distinctum.

Ceterum Conclusionem Theologicam, quae talem non esse
de fide iam supra probatum est, & late ostendit Smissich *q. 1.*
Probem. n. 16. & inde, quod ipsa experientia constat, nemo enim
Theologorum, iam certum praebet assensum conclusionis
Theologici, ut sic, ac praebet veritatibus fidei; hoc ergo
manifestum signum est ad assensum conclusionis Theologicae
non inclinare lumen fidei, saltem ut motum totale, & ad-
quatum, atque ideo illam non esse fidei creditam; Nec refert,
quod conclusio sequatur debiliorem partem; Nam vis enim
praemissa credita debilior sit altera naturali, quoad evidentiam,
praesentior tamen est quoad certitudinem, & hoc debilior, un-
de quoad obscuritatem sequitur praemissam revelatam, quoad
certitudinem praemissam naturalem, quia ratione dicebamus as-
sensum conclusionis esse quid medium inter assensum fidei, &
scientiae, nam cum scientia habet similitudinem in certitudine,
& differt in obscuritate, & cum fide divina convenit in moti-
vo, & obscuritate, & differt in certitudine.

Praestat ergo dicitur Theologiam esse habitum ad fidem infusa
distinctum, non tantum, accidentaliter, verum etiam es-
sentialiter, quia nec habent idem omnino motivum, nec eo-
dem modo applicatum, cum lumen divinum, quod applicat intel-

ARTICULUS PRIMUS.

Resolvit in Quaestio quod primam partem.

Intellectui lumen Fidei, sit infallibile; lumen autem naturale,
quod applicat intellectui motum assensus Theologici, non
sit infallibile; diversa autem obiecti applicatio sufficit ad actus
diversificandos secundum speciem, ut patet de cognitione incul-
tiva, & abstractiva eiusdem obiecti.

Hic etiam quaeri solet, an assensus conclusionis Theologicae,
& habitus in eum inclinans sit naturalis, vel supernaturalis;
Vulpes *sup. 1. disp. 1. n. 2.* cum aliis Scotistis docet esse supernatu-
ralem, eo quia Scotus *q. 1. Prolog.* Theologiam appellaverit
doctrinam supernaturalem, quod probat quia pro statu isto pos-
sibili intellectus natus est solum moveri ab intellectu agente, &
phantasmate, virtute quorum eiusmodi doctrinam habere non
potest, cum tantum praedicta respiciant sensibilia; cum igitur
eam solum recipiat ab agente primo per revelationem, absolute
dicenda est supernaturalis.

Probabilis tamen est assensus conclusionis Theologicae, quae
procedit ex una de fide, & altera naturaliter nota, quae prop-
rie dicitur conclusio Theologica, esse formaliter, & in substantia
naturalem, licet supernaturalis dici possit praesuppositivè, quatenus
supponit aliquam ex praemissis revelatam, quod sensu intel-
ligendus est doctor, cum hanc doctrinam appellat supernatura-
lem, & sic pariter dicendum est de habitu Theologico in talis assen-
sum inclinante. Ratio est, quia deductio illa est, naturali lumine
& assensus conclusionis nititur bonitate illustrationis, tanquam
rationi assentiendi ergo talis assensus est in substantia naturalis;
Tum quia actus supernaturalis non potest esse falsus, ac assen-
sus conclusionis Theologicae, eo ipso quod nitatur propositioni
naturali, aut solum ex auctoritate communi nota potest esse
falsus, interdum enim propositiones naturales, quae nobis certè
videntur, reipsa solent esse falsae; ergo assensus Theologicus
est praemissis innotens potest esse falsus. Unde Theologi ha-
bentes opiniones naturales contrarias cum eadem praemissa reve-
lata inferunt conclusiones contrarias, quo casu necessario unus
ex illis errat.

347 Dices, assensus ille conclusionis pendet ab una praemissa su-
pernaturali; ergo absolute est supernaturalis, supernaturalis enim
est uno solo capite sufficienter derivatur in effectum. Consi-
derat Scotus *3. d. 35. q. 10.* inquit, quod conclusionibus Theo-
logicis non assentiuntur propter evidentiam, quam habent in seip-
sis ex natura terminorum; sed quatenus virtute revelatae sunt
in suis principijs, & hanc lumen revelationem cognoscimus ex-
presse per deductionem illam.

Respondetur, argumentum potius oppositum concludere, stan-
tem enim communi proloquio, quod conclusio debiliorem sequat
partem, si altera praemissa est naturalis, ut supponitur con-
clusio quoque inde deducta erit naturalis, solum ergo concludit
argumentum, assensum illius conclusionis esse supernaturalem
praesuppositivè, quatenus una praemissa supernaturalem praesup-
ponit, neque inveniunt rem naturalem in hoc sensu à super-
naturali pendere, quando enim à Theologis contrarium sen-
tentibus oppositè inferunt conclusiones ex eadem praemissa
revelata, pluresque illas conclusiones, quarum una est
vera, altera falsa, aequalem pendere à praemissa supernaturali, &
tamen conclusio falsa non est supernaturalis; potest ergo bene
res naturalis a re supernaturali praesuppositivè pendere.

Ad Conf. Scotus ibi loquitur de conclusione deducta ex ambus
praemissis revelatis, cuius assensum iam diximus art. 1. huius
quaest. esse conclusionem Theologicam, sed omnino de Fide,
quia ibi virtualiter applicatio per discursum non intervenit, ut ratio
assentiendi conclusioni, sed tanquam pura conditio explicans
revelationem in virtualiter contineri in formalis, at hic est sermo de
conclusionem deducta ex una de fide & altera naturaliter nota, ubi
bonitas illustrationis intervenit, ut ratio assentiendi.

QUESTIO DECIMATERTIA.

An fides sit una, vel multiplex, practica, vel speculativa.

348 Omnis est opinio habitum fidei esse unicum, quo dicitur
omnes fidei assensus, ac etiam simul esse speculativum
& practicum, quia elicet aliquas cognosciones formaliter specu-
lativas, & alias formaliter practicas; nam tendit in hos actus; pa-
teretur fidei honorandi, Deus est colendus, virtus est preferenda
vicio, qui actus sunt de re practici, quia dirigunt praxim, hoc est,
ostendunt voluntati, quos actus bene possit eligere, & quos
vitare. Deinde tendit in hos actus. Sanctus Tobie habuit caudam
Deus est Trinus, & Unus, Itebra erat super faciem abissi, qui
fuit merè speculativi ex sua natura intrinseca cum nullam pra-
xim dirigant, ita Thomistae passim, & Recentiores omnes, qui-
bus ex nostris subicitur Ponticus *disp. 27. q. 6.*

349 Resolvit hoc quaestum Doctor quoad primam partem *3. disp.*
23. quaest. unice. artic. 1. §. secundo de fide infusa, ubi docet ha-
bitum fidei esse unum specie in omnibus, cum eodem in omnibus
nitatur motivo formali, & ait non obitare credulitatem varieta-
tem, nam haec non specificant fidem, nisi ut stant sub auctoritate di-
vina, tanquam sub ratione formali, quae est una in omnibus, sed ut
revelata sunt à Deo, & credit omnia revelata ab ipso, tanquam
vera esse eodem habitu, quo credit revelantem esse veracem;
si enim habeo habitum, quo credo te esse veracem, per eundem
habitum credo haec, quae a te sunt, esse vera, quantumcumque
illa sint diversarum rationum, quia illis in se non assentiunt nisi
per accidens, per hoc scilicet, quod assentior veritati tuae,
& ita assentior illis, ut a se sunt: aliter. Ita hic, nam credibili-
bus à Deo revelatis assentior, quia assentior veritati Dei, &
sic fides respicit omnia credibilia, ut à Deo revelata, non autem
sub propriis rationibus; & ideo una fides potest esse de omnibus
credibilibus, quamvis geometrica, & physica, & quantum-
cumque diversa, & alterius rationis, introducerentur haec, tan-
quam credibilia; in omnibus enim esset una ratio credendi, &
credendi esse vera, quia nimirum sunt à Deo revelata; idem re-
perit *3. disp. 23. q. 1. in fine.*

Hoc solet probari ex illo ad Ephes. *1. Unus Dominus, una fides*,
unum baptisma, quae auctoritas non satis ad rem videtur, quia
Paulus non agit de habitu fidei, sed de mysterijs ipsis, quae cre-
duntur per habitum fidei; unde eius intentum est docere, unum
esse quod vera fides credit, idem non esse diversa, quae in uno lo-
co creduntur ab his, quae creduntur in alio; unum autem hoc uno,
vel pluribus habitibus haec, non curavit Apostolus ibi; Verum
tamen est ex eo quod ibi docet, nos omnes eodem fidei articu-
lo credere, & propter eandem Deo revelationem, bene inferri
nos omnes eadem specie fide credere. Et ratio est, quam in-
venit Scotus *loc. cit.* quia habitus suam dignitatem unitatem ex
unitate obiecti formalis, sed obiectum formale fidei est unicum,
quamvis obiecta materialia credibilia sint diversa, nempe
veritates Dei, cuiusque revelatio, ergo habitus etiam erit unicus,
qua ratione passim utuntur etiam Thomistae.

Verum haec ratio, quamvis ab omnibus recepta, non placet
Arriaga *disp. 16. sect. 3.* quia inquit saltem supponere, etiam citò
Dei veritas unica sit etiam numero, revelatio tamen, quae supponit
alterum formale obiectum, non est unica specie, sed valde di-
versa, etiam iudicium supernaturale infusum Angelo, aut Pro-
phetae, quo v. g. Deus dicit *Christus moritur*, diversum est specie à
iudicio, quo Deus dicit, *Verbum incarnabitur*, cum mors, & In-
carnatio sunt obiecta speciei diversa, ut ex eis non apparetur
est in revelatione iudicij extremi, & mysterij Trinitatis; Tum
quia quotquot revelata obiecta differunt specie, tot sunt specie
diverse revelationes, est hinc per locutionem materialem, nam
licet soni ipsi inter se non differant specie, tamen ratione obiecti,
quod representant, procul dubio sunt diverse revelationes, ergo
obiectum formale non est unicum in specie. Nec valet dicere
inquit, illud esse unum specie subalterna, etiam eo sensu omnes
actus virtutum debent habere eundem numero indivisibilem ha-
bitum, quia omnia ea obiecta conveniunt specie subalterna, hoc
est, in ratione boni moralis; ergo de unitate speciei habitus
nihil inferretur ex obiectis.

Haec tamen instantia in nostris praesertim principijs nil pro-
fus urget, quia ut dictum est *quaest. 2. huius disp.* sola Dei vera-
citas proprie loquendo est obiectum formale fidei; revelatio au-
tem est tantum conditio applicans nobis primam veritatem,
ut per eam assentiamur obiecto revelato; unde Doctor *loc. cit.*
assignans rationem unitatis fidei, inquit, quia omnibus credibili-
bus à Deo revelatis quantumcumque diversis assentimur, quia
assentimur veritati Dei; quare diversitas ea physica revelatio-
num se habet omnino materialiter, & per accidens, nam semel
credita veritate, Dei in omnibus dictis suis, per accidens est
quod hoc, aut illud revelat, eandem enim ubique mereatur fidem;
Unde in hoc sensu etiam Arriaga concedit valere communem il-
lam rationem de unitate speciei obiecti formalis, quando etiam
concedatur revelationem ingredi partialiter rationem forma-
lem obiecti fidei, citò enim fit physica differentia, non tamen
moralis in ordine ad assensum.

Sed adhuc remanet difficultas de fide actuali, an sit una, vel
multiplex specie, hoc est, an actus fidei specie differant inter
se; Affirmat Arriaga *disp. 15. sect. 4.* Ponticus *disp. 27. quaest. 5.*
Hurtadus *disp. 56. sect. 1.* Lugo *disp. 8. sect. 1.* & alii, nam aliqui
actus fidei sunt assensus, aliqui dissensus, sed assensus, & dis-
sentus ex ratione sua formalis distinguuntur specie, quia divi-
sio

tamen in tali syllogismo assumitur, ut formaliter specificativa, sed ut virtualiter practica, quatenus nimirum est ostensiva bonitatis obiecti, sic igitur in proposito propositionum illa de divina natura, que in se sunt nisi speculative, a fide proponuntur, non ut simpliciter tales, & in tali speculatione sistendo, sed ut habita perfecta Dei, ac rerum divinarum cognitione, modum inde docet ipsum amandi, atque colendi, ut ultimum finem nostrum, & in hoc sensu dicitur veritates omnes, etiam que speculative videantur, reducere ad practicas.

QUESTIO DECIMAQUARTA.

An aliquis certo possit cognoscere se habere fidem.

366 Triplex cognitio certa assignari potest in homine Christiano una evidenter certa altera obfcura certa certitudine fidei, tertia obfcura certa certitudine Theologica; Questio igitur est, an aliquo certitudinis gradu ex tribus assignatis possit aliquis cognoscere se habere fidem, vel saltem eius assensum. Caietanus p. 2. q. 1. art. 5. aperte dicit, quod ex actibus fidei fidelis certo cognoscitur se habere fidem infusam, idem docere videtur Medina ibi. q. 1. ubi inquit, quod Christianus certitudinis fidei infallibilis, cui non potest subesse falsum, cognoscit se habere fidem supernaturalem, & assensum fidei divinam, quibus subterbitur Bannes 2. 2. q. 6. art. 2. ad 2. quod sententia videtur fuisse Divi Thomae 1. 2. q. 87. art. 2. ad 1. Alii vero Recentiores communiter negant posse aliquem certo cognoscere se habere habitum fidei supernaturalem ullo certitudinis gradu ex iam assignatis de actu vero fidei licet etiam communiter negent posse certo cognosci certitudinem evidenter certitudinis fidei, alii tamen contendunt posse aliquem esse certum certitudinis Theologicae, se habere assensum fidei supernaturalem, ita Beccanus c. 1. q. 5. & alii.

ARTICULUS PRIMUS.

Resolutio Questionis.

367 Primò Dicendum est, neminem posse certo cognoscere se habere habitum fidei supernaturalem. Ita Scotus 3. dist. 23. q. 1. dicit, ubi inquit, quod aliquis sciat, vel scire possit se habere fidem certam determinate inclinatem in verum, ita quod sciat fidem esse veram, & illud, in quod inclinatur, esse verum, sic nullus scire potest, in hac vita, nisi revelatur sibi, quod probat Beccanus loco citato, evidenti ratione, quia in nullo gradu certitudinis ex tribus iam assignatis potest quis esse certus se habere habitum fidei supernaturalem. Non in primo, quia nulla apparet evidentiā circa habitum fidei infusam, & supernaturalem, non enim per se evidenter innoscitur, ut constat ex aliunde evidenter convinci potest dari in nobis huiusmodi habitum supernaturalem; non quidem ex actu fidei, quia talis actus produci potest etiam sine habitu, nec ex promissione, & facilitate credendi, quia hæc non datur ab habitibus supernaturalibus, ut sæpe dictum est, & provenire potest ab habitu acquisito, qualis manet in hæreticis, qui a fide defecerunt. Non in secundo certitudinis gradu, quia non est certum certitudinis fidei dari habitum supernaturalem fidei, Spei, & Charitatis, qui immediate à Deo infunduntur, cum plures Theologi id negent esse de fide; ergo tanto minus certum est certitudinis fidei dari huiusmodi habitum in hoc, vel illo homine singulari. Non denique tercio, quia certitudo Theologica oritur ex duabus præmissis, quarum una est certa certitudinis fidei, altera certitudinis evidentiæ; ac non possunt dari huiusmodi duæ præmissæ, ex quibus certo aliquis colligat se habere habitum fidei; ergo nequit esse certus hoc gradu certitudinis de habitu fidei.

368 Secundò dicendum est, posse aliquem evidenter credere se habere aliquem actum credendi, quo assentiamur articulis fidei propter revelationem Dei: seu posse aliquem certo cognoscere se habere fidem divinam, vel humanam credere mysteria fidei nostræ. Ita Doctor lococitato, ubi inquit, quod accipiendo fidem, prout dicitur habitum generatum inclinatem in aliquo non evidens, ex se, tanquam in verum, sic potest aliquis scire se habere fidem generaliter loquendo de fide, sicut potest scire se habere scientiam arguendo habitum esse in se ex suis actibus; Et probatur experientia, quia sicut evidenter cognoscimus, & in nobis ipsius experimur, an credamus alicui hominialiquam historiam referentem; ita etiam evidenter in nobis experimur, an credamus mysteria fidei, que à Deo revelata sunt. Tum quia clare experimur nos ad illum assensum non moveri ex ipsius obiecti evidentiā, cum nobis aperte constet in se esse invidens, aut alia etiam declaratione, sed sola auctoritate illud asserentium, præsertim abstrahendo, an moveamur immediate sola Dei auctoritate, an vero eorum, qui nobis fidem annuntiant. Et in hoc sensu Doctor loc. cit. interpretatur

August. lib. 13. de Trin. c. 1. dicentem, quod homo fidem suam tenet firmissima scientia, & certissima, eamque in se videt, clamatque conscientia, quia rerum absentium fides est presens, & rerum, que non videntur, videtur fides.

Terzio dicendum est, non posse aliquem evidenter cognoscere, se habere actum credendi supernaturalem, & infallibilem, qui in sola revelatione divina per fidem credita innititur. Ita Doctor loc. cit. quod probat, quia de ratione assensus fidei infusæ est, ut sit infallibilis, atque adeo ut vestiret duntaxat circa verum; sed cum assentiamur articulis fidei, non cognoscimus evidenter, quod assentiamur veris, nemo enim potest evidenter cognoscere vera esse mysteria, quibus assentiamur cum fides sit substantia rerum non apparentium; ergo nemo potest evidenter cognoscere se habere assensum fidei supernaturalem, & infallibilem.

Confirmatur, quia cum fidei articulos credimus, nihil aliud experimur, quam quod firmiter ad hæremus illis veritatibus, idque consideratione divinæ revelationis, & motivorum fidei; ac non est nobis evidens, an hoc proveniat ex ipsa natura assensus, qui nimirum secundum se respicit infallibilitatem veritatem primam, ut respicit fidei infusæ assensum, verò id provenit ex nostra dispositione, ita nimirum, ut consideratione motivorum fidei ad assentiendum talibus veritatibus per fidem solam acquisitam moveamur, ac cum modum, quo moventur hæretici, quorum aliquos fide infusæ videmus suis erroribus adeo firmiter adherere, ut potius mortem tolerent, quam ab eis removeantur, ergo non est nobis evidens, quod firmitas, quam experimur in assentiendo rebus fidei, ex primo capite proveniat.

Hoc idem clarius docet Doctor lib. 14. art. 1. Kubi inquit, non percipio me inclinari in actum per fidem infusam, sive secundum illam elicere actum, sed tantum percipio me assentire secundum fidem acquisitam, vel cuius principium, restimonium, scilicet cui credo, quia si perciperem me habere actum secundum fidem credendi, & cum hoc scirem, quod secundum fidem infusam non potest haberi actus, nisi determinate verus, perciperem, quod actus meus non potest esse falsus, quia ex hoc sequitur, quod perciperem, quod obiectum actus non potest esse falsum, & tunc scirem illud, id est, infallibilitatem cognoscere illud esse verum, quod nullus experit in se, ut credo, quantumcumque aliquis habeat utramque fidem, scilicet, acquisitam, & infusam, & secundum utramque assentiat; Tantummodo igitur credimus in universali, quod tendens in aliquo complexo secundum inclinationem fidei infusæ in hoc non potest errare; quis autem, & quando secundum eam tendit, nec ipsemet tendens fidei, nec alius, nec aliquis certitudinaliter experit. Ita Doctor loc. cit. quod etiam docuit 1. dist. 17. q. 2. & quod 17. art. 3. ubi inquit, à nobis non percipi actus supernaturalem, quia tales, fidei, & charitatis infusæ, quando eos exerceamus, quam rationem superius pertractavi 2. 2. q. 188. ubi etiam reiecti quamdam instantiam Cardinalis de Lugo dist. 1. sect. 3.

Quarò dicendum est, quod nec certitudinis fidei divinæ, cui nequit subesse falsum, potest aliquis certus esse, se habere assensum fidei supernaturalem. Ita Doctor loc. cit. quod etiam probat, quia nihil creditur fide divina, nisi quod à Deo revelatum est, cum assensum fidei nisi debeat auctoritate Dei revelantis, non est autem revelatum à Deo, hinc vel illum hominem habere assensum fidei supernaturalem; ergo hoc non possum credere fidei divinæ, ac proinde non possum esse certus certitudinis fidei, me habere talen assensum.

Confirmatur, quia nemini potest esse certum per fidem, quod habeat fidem infusam; ergo tanto minus potest homo esse talis certitudinis certus, quod credat fidei divinæ; consequentia patet; antecedens constat ex dictis, quævis enim secundum Doctorem certum sit ex auctoritate Scripturarum, & Sanctorum dari fidem infusam, tamen non est certum ex fide in omnibus illis esse fidem infusam, qui credunt, ac proinde neque quod credant assensum talis fidei, nempe in fusa, quoniam de hac, & illa persona in particulari, utrum credat, & quomodo credat, nihil constat per doctrinam revelatam, atque ita nemini potest dici certum esse immediate per fidem, ut bene dicitur Bannes 2. 2. q. 6. art. 2. quod non obfcurè etiam insinuat Doctor loc. cit.

Quarò dicendum, nec etiam posse aliquem certo cognoscere certitudinem Theologica se habere actum fidei supernaturalem, & infallibilem, qualis à Deo præcipitur. Hæc est contra posteriorem sententiam superius relatum, & probatur, quia certitudo Theologica, ut supradictum est tunc est, quando quis aliquo modo conclusit ex una propositione revelata, & altera evidenter sed nequit aliquis ex una propositione revelata, & altera evidenter concludere, se habere actum fidei supernaturalem, ergo hoc probatur minor, discursus enim sic debet fidei, qui quocumque omnibus propositis ab Ecclesia assentitur, tanquam quædam habet certitudinem fidei, hæc enim sola super at omnem

assentitur per actum fidei infusæ; sed ego ita assentior, ergo habeo assensum fidei infusæ; ac in hoc discursu est maior sic de fide, minor tamen est invidens, ut supra probatum est; ergo conclusio non inferret evidenter ex præmissis revelata, & per consequens non est certum certitudinis Theologica ei, qui credit omnino per Ecclesiam proposita, quod habeat assensum fidei infusæ.

Respondet Beccanus loc. cit. syllogismum debere sic fieri, ut habeatur certitudo Theologica, quicumque vult credere mysteria fidei, tanquam à Deo revelata, facit hoc per gratiam Dei excitantem; ac proinde habet actum fidei supernaturalem; ac ego volo credere mysteria fidei, tanquam à Deo revelata, ergo facio hoc per gratiam Dei excitantem, ac proinde habeo actum fidei supernaturalem. Maior est de fide, minor est evidens, quia qui aliquid serio vult, ac desiderat, evidenter in se experit, se id velle, ac desiderare, ergo quod legitime concluditur ex tali maiore, & minore, debet esse certum certitudinis Theologicae.

Sed Contra, quia licet mihi evidens esse possit, quod velim credere mysteria fidei, non tamen mihi evidens est hunc actum esse primum credituratis affectum ad elicendum actum fidei infusæ requisitum, nam etiam hæreticus in se experit hanc feriam voluntatem, & desiderium credendi aliquid, ut à Deo revelatum, & tamen non est ille pius credituratis affectus. Tum quia, cum hic pius credituratis affectus sit etiam actus supernaturalis secundum modum, ut supra probatum est, recurrit eadem de ipso difficultas, quæ in nobis actus supernaturales experiri non possumus, quatenus ralis, alioquin posset aliquid credi, & evidenter scire, se esse in statu gratiæ, dum actum dilectionis Dei supernaturalem exerceret. Tam tandem quia præsum discursus ad summum concluderet solum de pio affectu credendi, seu assentiendi, qui est in voluntate, non autem de pio assensu, qui est in intellectu, de quo hic agimus.

Respondet rursus Beccanus hoc totum verum esse, sed tamen hos duos actus esse connexos, nam qui ex pio affectu vult assentiri mysteria fidei, si assentitur, ut potest alium habere assensum quam qui ab illo pio affectu imperatur, ac non alius assensus ab illo imperatur, quam assensus supernaturalis, & infallibilis, Unde sic concludit, quicumque ex pio, & supernaturali affectu credendi mysteria fidei, tanquam à Deo revelata, habet actum credendi supernaturalem, ac ergo ex pio, & supernaturali affectu credo mysteria fidei, tanquam à Deo revelata, ergo habeo actum credendi supernaturalem. Verum sic coniciendo syllogismum minor est invidens, tum ex parte pii credituratis affectus, tum ex parte ipsius assensus fidei infusæ, cum enim actus huiusmodi fidei supernaturales, vel secundum substantiam, vel secundum modum iuxta varietatem opinionum, naturaliter nobis evidenter constare non potest, hoc actus nobis insensum, ut Scotus universaliter docet de actibus omnibus supernaturalibus 1. dist. 17. q. 2. & quod 17. art. 3.

370 Sextò tandem dicendum, fidem fidei speciali revelatione morali certitudinis, que excludat omnem veram dubitationem, posse cognoscere se habere fidem divinam. Hæc est communis opinio Scholasticorum, quia uterque auctor docent, & probari solent in tractatu de gratia, ex variis experientis, & coniecturis possumus moraliter certo cognoscere, nos esse in gratia, ergo multo magis possumus cognoscere nos habere fidem divinam, ac eius assensum, quia gratia iustificans hanc supponit, hancque facilius, quam illam, in nobis deprehendimus, Vbi notat Coninch loc. cit. ut aliqua nostra cognitio possit dici moraliter certa, & iustificans, ut merito à nobis excludat omnem veram dubitationem, non requiritur ut sit omnino infallibilis, aut etiam, ut credamus cum esse, alem, sed sufficere, quod nitatur talibus rationibus, quas videmus difficultate posse fallere, nec ulla probabilis ratio occurrat, ob quam merito credamus nos hic, & tunc in his tali, quo pacto sine ulla dubitatione credimus, hostiam anobis contractam esse legitime talem, cum tamen fieri possit, ut non firmam veritatem Sacrosancti de fidei Episcopii nos ostendamus, de qua etiam morali certitudine non nihil diximus supra 2. 2. q. 6. art. 2. 188.

ARTICULUS SECUNDVS.

Obiectionum Solutio.

371 In oppositum Primò obicitur, quia si Christianus dubitare possit, an habeat fidem divinam, posset etiam dubitare, an sit Christianus, ergo cum nequit dubitare esse de sua fide, alioquin eo ipso infidelis esset, dicendum est, habere certitudinem de illa. Confirmatur, quia quilibet Christianus est paratus potest quodvis negare, quam suam fidem, ergo habet summam certitudinem de illa, quod omnem aliam superat, & consequenter habet certitudinem fidei, hæc enim sola super at omnem

aliam certitudinem in hac vita. Denique si Christianus non haberet de sua fide perfectam certitudinem, posset dubitare, an fidei suæ posset subesse falsum, quod est absurdum.

Respondet, si Christianus nullam haberet certitudinem de sua fide tunc posset utique esse dubius, ac conclusio ultima iam dictum est; Christianum posse cognoscere se fidem habere infusam ea certitudine, que omnem excludat dubitationem; Ita que ut ait Coninch, si per esse Christianum intelligitur, aliquem verè credere ea, que fides Christiana docet, nec ullis opinionibus fidei repugnantibus adherere, prout vulgè accipitur, sic potest quis scire omnino certo, & evidenter se esse Christianum, ut constat ex secunda conclusione; Si autem præterea significet, illum habere fidem in substantia supernaturalem, id solum scire possumus certitudine morali omnem dubitationem veram excludente, ut dictum est ultima conclusione non tamen omnino infallibili, qualis est certitudo fidei.

Ad Confirmationem dico, aliud esse, Christianum habere certitudinem fidei de obiecto, quod credit, aliud verò habere certitudinem fidei de assensu, quod id credit; primum duntaxat probat argumentum, non verò secundum; unde ergo habet certitudinem fidei de mysterio Trinitatis, & Incarnationis, non tamen de assensu, quo illa mysteria credo, & tum certus, me aliqua fidei genere hoc mysterium firmiter credere, non tamen quod credam fidei divina. Ad ultimum, iam dixi, Christianum de sua fide habere talem perfectam certitudinem, que omnem excludat veram dubitationem; non tamen omnino infallibilem, qualis est certitudo fidei, ut constat, ex dictis, art. præced. ultima conclusione.

Secundo obicitur; Apostolus docet unumquemque fidelem certum esse de sua fide 2. ad Corinth. cap. ult. 10. Vniuersis testimonio, scilicet in fide, isti probate probatione nimirum infallibili, unde excluditur responsio, que dari posset, quod loquatur de probatione, que moralem inducat certitudinem. Confirmatur, quia fidelis expertus se firmiter credere mysterium Trinitatis, & certus est certitudinis fidei, Deum esse Trinum, & Vnum; ergo eadem certitudinis certus est, suum assensum, quo id credit, esse verum, & infallibilem; nam si non esset certus de veritate, & infallibilitate sui assensus, non posset esse certus de veritate, & infallibilitate propositionis, cui assentitur; Deum, qui aliquid scit, eadem scientia scit se scire; ergo qui aliquid crede fide divina, eadem fide credit se credere.

Respondet, re vera Apostolum ibi non loqui, nisi de probatione, que moralem inducat certitudinem, nam si Corinthii de sua fide fuissent omnino certi, minime opus erat, ut eos hortaretur, ut se examinarent, & explorarent, an haberent fidem; nec ne; Et quando etiam fuisset certus de sua fide per actus ab ea elicitos, non adhuc sequitur fuisset certus certitudinis fidei, potuissent enim esse certi certitudinis experientia, modo iam in secunda conclusione explicato. Ad Confirmationem consequentia, quia ut inquit Beccanus de veritate obiecti certus est fidelis per assensum fidei, de veritate autem ipsius fidei assensus non potest esse certus, nisi per actum reflexum, hic autem actus reflexus sæpe fallibilis est, & tamen errat, nam hæretici quoque per actum reflexum solent firmiter iudicare, se non errare in suo sensu, & tamen errant. Ad ultimum conceditur consequentia iuxta doctrinam secunde conclusionis, ut scilicet qui actu scit, experit in se actum sciendi, sic qui actu credit, experit in se actum credendi, non tamen experit, an actus ille sit supernaturalis, & infallibilis, nec ne; Quod si argumentum quid amplius prætereat, neganda est consequentia, quia ut notat Coninch, cum scientia sit evidens, reflexive se virtualiter supra se; scilicet est de actu fidei, nam cum credo Paulo aliquid mihi dicenti, certo quidem scio me ei credere; hoc tamen, scilicet, me ei credere, nullo modo credo, quia ad hoc esse necessarium mihi aliquid scitari Paulo credere.

Terzio obicitur, quilibet Christianus eadem certitudinem, ac fide, qua credit mysteria fidei, debet credere se habere fidem divinam, quæ ex credituratis ob auctoritatem Dei; nam fidei Catholicæ certum est, quamvis hoc ipso, quo mysteria nostræ fidei sibi proposita prædicantur credit, esse fidem, & habere fidem necessarium ad salutem, quia habent fidem nixam auctoritate proponens infallibiliter statim dari fides divina, nec ullo modo dici potest, Deum habenti priorem fidem negare secundam. Confirmatur, quia cum talis firmiter credat omnia mysteria fidei, etiam eadem fide credit sibi ex parte intellectu habere fidem divinam, quia fides docet hanc esse necessariam ad salutem. Denique huic sententiæ, quatenus docet, nos fide divina credere, nos habere veram fidem, experit suffragari Scotus cit. dist. 23. q. 1. 188. cum dicit in principio solutionis questionis, sicut credo Deum esse Trinum, & Vnum, ita credo me habere fidem infusam, quia hoc credo, quod.

quod etiam repetit sub lit. i. dicens, ideo credo me habere fidem, quia assensio verò in se, sicut credo verum esse illud, cui assensio.

Respondendo negando assumptum, hoc enim est omnino impossibile sine particulari Dei revelatione, ut dictum est quæ in proposito non adit, ad probationem negatur veritas antecedens, quia ut ait Coniuch nulla est ratio, quæ probet inter utrumque assensum esse necessariam connexionem, aut secandum a priori separari non posse, nam esset Deus habens priorem assensum ex parte sua offerat gratiam, quæ ipse possit liberè secundum assensum non elicere ex negligentia, vel voluntatis trepidatione, aut aliaratione; ut pater in hæreticis qui ob Scripturæ, & antiquorum Patrum auctoritatem credunt quædam mysteria fidei priori assensu, cum tamen non habeant secundum.

Ad confirmationem negatur item assumptum, cum enim nobis revelatum non sit, nihil ex parte nostri in electis ad salutem necessarium nobis desse, nequam in electis ad salutem fidei diuina credere. Ad ultimum inquit Aretinus *distich. 23. q. 10. art. 12.* illa Doctoris verba non ita rigide exponi debent, quasi eadem firmitate crederet sibi peculiariter inesse infusam fidem quæ crederet, vel crederet Deum esse trinum, & unum, hoc enim habebat ut specialiter a Deo revelatum non verò illud, sed ita debet exponi, ut sensus ipsius sit, eadem firmitate se credere fidem infusam fidelibus, ut credant ac crederet Deum esse trinum, & unum; Neque enim amplius ibi latere volbat, quam non posse fidem demonstrari inesse alicui, nisi iussu fidei, & voluntate credendi dictis Scripturæ, & Sanctorum, & sic pariter exponi debent alia sequentia verba.

379 Quod Obicitur, Fidelis ita credere debet, se habere Fidem Catholicam ad salutem necessariam, siue humanam, siue divinam, ut de ea dubitare non possit; quia manifestè experitur se credere omnia, quæ Ecclesia credenda proponit, & sic hanc fidem esse Catholicam. Resp. fidelis hoc potest credi scire certitudine experimentalis, iam declarata conclusionis secunda; non tamen proprie credere certitudine fidei, quia nemo certitatem ipsam talem assensum in se habere, & tantò minus hoc habetur, ut revelatum a Deo.

Dices, licet hoc non sit per se revelatum in Scriptura, neque; alibi, tamen sequitur evidenter ex propositionibus revelatis, nam quilibet fidelis potest se deducere, se habere assensum fidei supernaturalis, vel saltem ex parte revelata, & altera naturaliter evidentem; ergo potest hoc per fidem credere; & per consequens potest de eo esse certus certitudine fidei; consequentia pater, nam dictum est superius *q. 12. art. 1.* quod quando conclusio deducitur ex pluribus revelatis, creditur per fidem; probatur assumptum sic discurrendo; Quicumque vult credere mysteria fidei, tanquam a Deo revelata, facit hoc per gratiam excitantem, & proinde habet actum fidei supernaturalem, quia hi duo actus sunt in vicem connexi; ergo volo credere mysteria fidei, tanquam a Deo revelata; ergo facio hoc per gratiam, & habeo actum fidei supernaturalem.

Respondendo negando assumptum cum eius probatione, etenim dicitur ille neque est ex revelatis, neque ex una revelata, & altera naturaliter evidentem; Minorem non esse revelatam constat ex terminis, sed neque maior est revelata, vel de fide, nam saltem est inter duos illos actus, esse necessariam connexionem; qui enim ex pio affectu vult assentiri mysteriis fidei liberè assentitur, & licet Deus ex parte sua gratiam offerat, quæ possit assensum fidei elicere, tamen cum ad hoc non necessitat; Præterea minor quoque non est naturaliter evidens, sed invidens, tum ex parte sui circumstantiæ affectus tum ex parte ipsius fidei in se assensus, ut dictum est *n. 374.* & quando etiam concederetur esse naturaliter evidentem, & maiorem esse de fide, adhuc consequentia esset neganda, quia licet conclusio sequens ex pluribus revelatis credatur per fidem, tamen quando sequitur ex una revelata, & altera naturaliter evidentem, non terminat actum Fidei, sed Theologicum, ut dictum est *q. 12. art. 2.* itaque hoc argumentum nec probatur posse aliquem credere se habere assensum fidei, supernaturalem certitudine fidei, nec etiam certitudine Theologicis, ut dicebat Beccanus.

QUESTIO DECIMAQUINTA.

An fides omni tempore fuerit necessaria ad salutem, & iustificacionem.

380 Duplicem solent Theologi distinguere necessitatem respectu salutis, seu vite æternæ, unam mediæ, alteram secundum legem ordinariam ita necessarium est, ut sine illo salus obtineri non possit; quo pacto baptismus ipsa susce-

ptus est necessarium medium ad salutem respectu infantium, quia in fides sine illo nullo modo salvari possunt secundum legem ordinariam; Item dolor de peccatis respectu adultorum in peccato mortali existentium; ac denique gratia Dei respectu omnium, tam adultorum, quam infantium; Vnde iuxta hæc explicacionem illa dicuntur esse necessaria ad salutem necessitate mediæ, sine quibus de lege ordinaria salus obtineri non potest, etsi per impositionem, vel ignorantiam invincibilem adfite impedimentum, quæ necessitas aliquando respicit etiam rationis experies, ut patet de necessitate baptismi in infantibus; Illud verò dicitur necessarium necessitate præcepti, quod quidem necessarium est propter obligationem præcepti, cuius tamen obligacione cessante non est necessarium, unde si quis vel propter ignorantiam, vel ob aliam legitimam causam, non faceret id, quod hoc modo necessarium est, adhuc salvari posset. Quare necessitate præcepti illa dicuntur necessaria, quæ est quæ tenetur ex parte præcepti scire, & exequi, tamen potest salvari, si impotentia, vel ignorantia invincibilis se impeditur, & tantum adultos respicit rationis capaces. Hinc duplex colligitur Beccanus *e. 12.* discrimen inter has duas necessitates; Vnum, quæ priori modo sunt necessaria, nullo modo omitti possunt, sive culpabiliter, sive inculpabiliter, sive scienter, sive ignoranter, sive omittantur, salus obtineri non potest; Quæ verò posteriori modo sunt necessaria, non quidem omitti possunt culpabiliter, si tamen omittantur sine culpa, potest sine illis obtineri salus. Alterum, quæ priori modo sunt necessaria, sæpe non sunt in nostra potestate, ut auxilia gratiæ præventivis; quæ autem posteriori, sunt in nostra potestate; quod si talia non sunt ob aliquod impedimentum, desinunt etiam necessaria esse necessitate præcepti.

Hanc distinctionem esse communiter receptam renuit Vulpes *disp. 3. art. 9.* quæ errat, ait de præcepto, vel medio naturali; omnia siquidem necessaria homini ad salutem, siue sint habitus, siue actus; ex sola ordinatione divina ultimæ, non ex natura sua ipsum elevat ad consequendam salutem æternam, ex Scoto *quæst. 1. Prolog.* hinc differentie relatae inter necessaria ad salutem in ratione mediæ, & necessaria in ratione præcepti futiles sunt; a parte rei independentes a sola ordinatione libera divinæ voluntatis. In primis medium per se influens ad salutem hominis nullum est, cum omne tale foret creatum, finitum, ex natura rei inproprietatem ad attingendum infinitum independentem a voluntate Dei duntaxat infiniti; ideo Math. 19. ad necessitatem præcepti revocavit Christus omnia necessaria homini ad salutem, *si quis ad vitam ingredi se servum vult, &c.* Et inquit, habitus infusus saltem; dispositivæ, vel de congruo cadere sub actibus propriis actus illos a parentibus, vel ab Ecclesia; Negat tandem dari posse ignorantiam invincibilem respectu baptismi, & hunc esse necessarium necessitate mediæ, quia necessitas baptismi potest voto suppleri; sic enim adultus, qui non potest baptismum in se suscipere, vel illum profusus ignorat, potest salvari per baptismum in voto.

Sed immerito prius hanc duplicem necessitatem mediæ, & præcepti communiter, & plausiblem receptam in omni Schola inficitur Vulpes, & sine ullo profuso fundamento, quod cum illam duplicem necessitatem distinguunt Theologi, plane non loquuntur de necessitate in ordine ad potentiam Dei absolutam, sed ordinariam, ut ex præmissa explicacione constat, & ita præsertim notat Suarez *disp. 12. sect. 1. num. 3.* quem Vulpes impugnat *loc. cit.* ubi inquit potest esse Deus de potentia absoluta omnes salvare, si voluerit, per solam naturalem cognitionem, neque illam involvere repugnantiam; unde concludit in hac questione, eum qui quis, an fides omni tempore fuerit ad salutem necessaria, sermone est de necessitate secundum legem ordinariam, & a Deo statutam, & consequenter a libera divinæ voluntatis ordinatione dependente.

Et ad instantias à Vulpio adductas occurrit ipse Suarez ibidem, ex hoc enim, quod quicumque est nobis præceptum fit etiam medium ad salutem necessarium, non rectè deducitur nullam esse huius duplicitatis distinctionem; dicitur enim, quod licet necessitas præcepti sæpe contingat cum necessitate mediæ, non tamen semper, nec convingibiliter coniungi, & hoc satis est, ut inter se distinguantur; Tum quia quod est necessarium necessitate mediæ non solum est necessarium propter præceptum, sed maxime propter suam infusum, & causalitatem, quam non supplet ignorantia, etiam si a peccato excuseret; alia sunt necessaria ad salutem de quibus nullum extat præceptum, ut habitus virtutum, & gratia; & auxilium Dei actuale, quamvis sint mediæ ad salutem necessaria, præcepta siquidem non dantur de habitibus, sed de actibus virtutum, qui sunt in potestate nostra, quare saltem est habitus infusus cadere sub præcepto, vel esse mediæ necessaria sub præcepto.

Deinde, quamvis necessitas baptismi possit interdum voto suppleri, non sequitur baptismum non esse necessarium necessitate mediæ.

cessitate mediæ, neque sequitur posse in universum necessitatem mediæ per votum suppleri, interdum enim medium est reipsa necessarium, ita ut etiam per ignorantiam invincibilem non excusetur, nisi in re ipsa adhibeatur, quod in necessitate præcepti nunquam invenitur, ut contingit in fide; quæ in voto non suscipitur, ut baptisus; & ratio distinetur, est, quia baptisus potest haberi in voto per gratiam contritionis, & amoris L. 1. super omnia, qui de facto proficit ad salutem; sed fides non potest haberi in alio priori actu ad iustificacionem sufficiente, quia ipsa est iustitiam iustificacionis, quatenus cognitio supernaturalis fidei requiritur ad actum contritionis, vel attritionis. Quod aliqui deducunt ex actum Divi Bernardi ponderacione ad illam locum Marti ultimo: *Qui crediderit, & baptisus fuerit, salvus erit; qui vero non crediderit, condemnabitur; ubi obiter var. Bernardus epistol. 77. diffinim. Christi locutionem de Baptismo, & Fidem etiam si utrumque complexus fuerit postea tamen non dixit: Qui vero non crediderit, & non baptisus fuerit, condemnabitur, non inquit, sic copulative loquitur, sed præcisè dixit: Qui vero non crediderit, condemnabitur; quia nimirum sine baptismo reipsa suscepto salus obtineri potest; ac sine fide nullus adultus salvari potest.*

384 Hac igitur duplice necessitate supposita distinctione, ut rationabiliter, ac communiter recepta, in triplici statu, quo homines vixerint, de utraque necessitate dubium esse potest, scilicet in statu natura, qui duravit ab Adam usque ad Moysen; in statu legis scriptæ, qui à Moysè usque ad Christum protenditur, & tandem in statu legis Evangelicæ, in quo modo versamur; Potest etiam esse questio de Fide, tam habituali, quam actuali; ætate rursus de actuali, tam implicita, quam explicita, & hæc quidem est, quando aliqua veritas immediate terminat ipsam assensum actum; implicita verò contingit, vel quando una veritas in alia continetur, tanquam in propositione universaliori vel quando fidelis est parvus alius quoque credere veritates ex eo, quod aliam credit, & in omnibus his sensibus questio agitatur à Theologis, & præsertim a Scoto *3. disp. 24. q. 1.* iuxta cuius methodum questionem resolvemus.

ARTICULUS PRIMUS:

Resolutio Questionis affirmativa.

385 Dicendum est, post lapsum primi parentis fidem fuisse omni tempore necessariam necessitate mediæ ad iustificacionem, & salutem, ita ut post Adæ peccatum nullus iustificari, & salvari possit absque fide supernaturali. Hæc conclusio ita intelligenda est, ut parvulus antequam ad usum rationis perveniat, sit fides necessaria in habitu adultis verò etiam finitum adultus iustificari potest, nisi iustificacionem speret, de peccatis doleat, ac Deum super omnia diligat; hæc autem nullo modo de potentia ordinaria contingere possunt sine actu fidei supernaturali; quæ creditur & Deum esse, & post hæc omnia bona illi conferre; hæc eam declarat Scoto loco citato, & sic declarata certis ut quæ plures sententias esse de fide, solo Vega excepto in Trident. lib. 6. c. 20. & 21. ubi censet per solam cognitionem Dei naturalem, etiam de potentia Dei ordinariæ, hominem salvari posse, quare existimat in legentium, & etiam hoc tempore, omnes qui ignorant invincibiliter Evangelium, posse iustificari sola cognitione naturali ex parte intellectus, ita ex hac parte non sit necessarium lumen fidei, quo illud illustrer, ex parte verò voluntatis, si servent naturalem, iustificabuntur, quam opinionem præsertim tradiderit Soto lib. 2. de Natura, & Gratia cap. 12. in prima editione licet postea in secunda melius consultus eam retraheret.

386 Primum itaque quod loquendo de Fide habituali hæc sit, & fuerit necessaria viatori pro omni statu probat Doctor *disp. 25. cit. de primo dicto*, quia sicut anima non est accepta Deo, nisi ornetur, & perficiatur per charitatem quod voluntatem; sic non acceptatur a Deo, nisi perficiatur habere supernaturali quoad intellectum; & sicut potentia illi tenet naturaliter ordinatæ in actibus suis; quia intelligere præcedit velles; sic in perfectio-nibus; quia prius natura perficitur intellectus supernaturaliter, quam voluntas, hæc finitum duratione; illa autem supernaturalis perfectio, quæ anima determinatè assentit verò, & credit verum, & fides infusa; sicut igitur necessarium fuit hominibus ante Christi adventum habere charitatem, & sic habere fidem; non quod sit contradictio ea separare, quæ separantur modo in via, maner enim modo fide informis sine charitate, & in patria manebit charitas sine fide; sicut igitur Deus de lege ordinata, quam statuit, non perficit animam, nisi perficiat eam secundum totum, ideo non perficit voluntatem charitate, nisi perficiat intellectum fide.

387 Secundo deinde loquendo de fide actuali probat Doctor *Mald. Tom. Tertius.*

sequenti, quod pro omni statu, & lege omnibus adultis necessarium fuit necessitate mediæ, & præcepti ad salutem explicitè credere aliquid supernaturalis ad fidem spectans; duobus enim modis potest quis ad salutem pervenire; Vel alieno merito, sicut pueri, & amentes baptizati, quibus suffragari Christi meritis, cuius facti sunt participes in Sacramento iustificatione, cum enim usu liberi arbitrii careant, proprium meritum habere non possunt; Vel proprio merito Christi adiuncto, qui sunt adulti, & sane mentis; meritum in actu virtutis consistit; ergo ad salutem adultorum, qui proprium meritum Christi merito addere tenentur, requiruntur actus, & habitus virtutum; actus virtutum dependent ab actu fidei, quæ intentionem dirigunt in homine usque rationis compositæ exigitur ad salutem actus fidei; ac hic non potest esse, nisi aliquid explicitè, & determinatè cognoscatur, quoad fidem pertinet, quod non potest esse tantum naturale, sed necessarium debet esse supernaturalis, ergo &c. Confirmatur, quia homo rationis capax debet cognoscere finem, propter quem operatur; sed hic finis est supernaturalis ex dictis; ergo debet cognoscere cognitione supernaturali, atque ita per fidem supernaturalem. Ratio autem a priori huius catholice veritatis sumitur ex divina, voluntate, quæ statutum est, ut gratia iustificationis nulli adultorum conferatur, nisi mediante fide, quæ divina voluntas nobis innoteceit ex pluribus Scripturæ locis, Conciliorum, & Patrum testimonio.

Et quidem Apostolus in Epistolis ad Romanos, & Galatas 388 ubique distictè inculcat fidem necessitatem, quare ad Hebr. 11. concludi, quod sine fide impossibile est placere Deo hoc est secundum præsentem dispositionem divinæ voluntatis, & Marci ultimo qui verum non crediderit condemnabitur. Videatur ad Galatas 5. ubi ex professo probat ad iustificacionem non sufficere circumcicionem, aut præputium, hoc est, opera ex lege, aut natura facta, sed requiri fidem supernaturalem, inquit enim, in Christo Iesu neque circumcisis aliquid vales, neque præputium, sed fides quæ per charitatem operatur, quæ loca quamvis præsertim loquuntur de actuali fide, tamen ut intelligantur in ea universalitate, quam præferunt, possunt intelligi quoque de habituali; quia parvuli baptizati ante usum rationis decedentes placent Deo, & non condemnantur, & non habent fidem, nisi habitualement. Idem colligitur ex Trident. sess. 6. c. 6. ubi habet, quod cum a Apostolo dicitur, iustificari per fidem, ea verba in eo sensu accipienda esse, quem perpetuus Ecclesiæ consensus renuit, scilicet, quod ex fide dicantur iustificari, quia fides est initium, & fundamentum nostræ iustitiæ, & prima radix iustificationis nostræ. F. 67. dicit, quod baptismus est sacramentum fidei, sine quo nulli unquam contingit iustificari. Et c. fides est humanæ salutis initium, ac fundamentum, & radix omnis iustificationis, sine qua impossibile est placere Deo, & ad gloriam eius consortium pervenire. Idem habet August. ad verbum sermo 38. de tempore, ubi præterea docet, ad veram beatitudinem pervenire, volens ubi primo omnium fidem esse necessariam; & fidem esse bonorum omnium fundamentum, & humanæ salutis initium; quod etiam illi Patres, & concilia docuerunt, ut videre est apud Aretinum *3. disp. 25. q. 1. art. 2.* & alios Receptorios; At si cognitio naturalis tantum de Deo posset esse principium iustificationis, ut Vega dicebat, iam ex nobis posset esse principium nostræ iustificationis, quod fuit Pelagianorum dogma.

Respondet Vega, Scripturam, concilia, & patres regulariter loqui; tamen in casu, quo quis ignoret invincibiliter ea, quæ sunt fidei sufficiens cognitio naturalis, Sed Contra, quia hinc sequeretur pariter etiam abque gratia, & abque actu charitatis, & penitentiæ in fide post lapsum posse aliquem iustificari, quin etiam abque aliquo dono supernaturali per solum liberum arbitrium inam si Scripturam, & Concilia opponas oppositum docentia, dicam pariter, quod loquuntur regulariter, & communiter non autem in casu ignorantie invincibilis; hoc autem falsissimum esse nemo ambigit Confirmatur, quia quamvis aliquid omnium, vel etiam nunc ignorantiam possit habere in invincibilem, quod Deus sit, tamen manente recte ignorantia, impossibile est ipsum iustificari quantumcumque recte vivat secundum naturalem rationem, siquidem ex lege iam statuta nullus iustificatur, nisi per motum liberi arbitrii in Deum lumen dilectum, ut patet ex illo Prov. 8. *ego diligenti me dilige, & Luce 7. remittuntur peccata multa, quantum dilexit multum, & definitum est Trident. sess. 6. canon. 4. c. 9.* Sed laborans ignorantia invincibilis non potest Deum sic diligere, quia voluntas non fertur in incognitum; ergo nec iustificari. Ex quo sequitur, quod si talis moriatur, damnabitur, non quidem propter infidelitatem privativam, sed propter alia peccata commissa, quorum poenitere non potuit propter Deum dilectum, quem ex hypothesi ignorat; Quod si poenans hunc nullum commisit peccatum impossibile est de lege ordinariæ mori, donec a Deo illuminetur, vel incidat in aliquod mortale peccatum, quia ex lege ordinariæ, seu iuxta leges iam statutas non est in alia via locus

pro adultis decedentibus cum originali, & solis venialibus. Tum quia secundum legem ordinariam Deus non permitteret, ut aliquis adultus servans legem naturae moriatur sine fide, quia Deus non desinit hominem bonum voluntatis in necessitate, nisi prius desererat ab illo.

390 Accedit gravissimos Auctores non desisse negantes dari posse ignorantiam invincibilem quoad fidem, & affirmantes nullum in omnibus sine sua culpa ignorare posse in materia fidei, quae ad salutem necessaria sunt, quia haec fides ad salutem necessaria potest haberi ab omnibus adultis, etiam gentilibus, quantum est ex parte Dei, nisi ipsi se impediant, quod colligitur ex illo lo. 1. Inveniat omnem hominem venientem in hunc mundum, id est, Christus illuminat omnem hominem, quantum in ipso est, ac proinde qui non illuminantur, id est non illuminantur, quia oblatum Iumen non volunt admittere, & ex illo Pauli 1. ad Timot. Deus vult omnes homines salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, scilicet, quantum in ipso est, modo ex parte nostra non sit defectus. Quod quidem ita praesertim declarat Beccanus ca. 12. q. 1. quia media quae ad salutem requiruntur, sunt inter se laboriosa, & unum datur mediare alio, unde qui bene utitur uno medio, quod ipsi à Deo offertur, paulatim accipit maiora, donec ad fidem perveniat, qui autem non bene utitur, non est dignus maiora accipere, & sua culpa à Deo deservit v. g. homo adultus qui nihil de fide audit, solet frequenter à Deo illustrari, & excitari ad observandam naturae legem, quae in Decalogo comprehensa est, si observat hanc legem, ulterius juvatur, ac promovetur à Deo, donec ad fidem, & iustificationem perveniat, iuxta illud ad Rom. 2. Facite legem, & iustificationem vestram, & observatum est in ipsius cor eorum, id est, ut dicitur à Deo iuxta illud ad Roman. Cum cognovissent Deum non fecerunt Deum glorificaverunt, & observatum est in ipsius cor eorum, quare concludit neminem posse habere invincibilem ignorantiam fidei, sed si quis ignoret fidem, sua culpa ignorare modo nunc explicato.

391 Tertio principaliter probari potest assertio, et ampliando rationem iam indicatam, nam rationalis creatura in hoc rerum ordine ordinata est ad Deum finem supernaturalem propriis actibus auxilio gratiae fructus consequendum; siquidem ordinatur ad illum, in quantum ad praesentium suum meritis consequendum, sed finis propriis actibus acquirendus intendi debet, & amari, quod plane fieri non potest nisi per cognitionem, & in proposito praecognosci non potest, nisi per actum fidei supernaturalem, quia Deus finis supernaturalis non est intra sphaeram obiecti naturalis; ergo actus fidei supernaturalis necessarius est ad consequendum finem supernaturalem, ad quem à Deo ordinati sumus in hoc rerum ordine, nec sufficit sola Dei cognitio, ut finis naturalis, sicut Vega dicebat.

Recentiores quidam Theologi apud Cardin. de Lugo disp. 12. de fide sect. 1. ut ostenderent, quomodo Deus sufficiens provideret omnibus media ad salutem, etiam ijs, ad quos Christianae Fidei, & Evangelii noticia nunquam pervenit, quamvis Vega sententiam, & olim Soti probare non audeant, hanc tamen fidei necessitatem ad salutem proposita ratione firmatam, & a Patribus, & Conciliis definitam magna ex parte temperant, dicentes requiri quidem ad salutem cognitionem, quae non sit ex solis naturae virtutibus, sed ex beneficio, & gratia Dei, & quae sit supernaturalis in substantia, idque praesertim intendisse Patres, & Concilia contra Pelagium, contententem posse hominem per notitiam solus naturae virtutibus acquirere ad salutem, sed iustificationem, & salutem. Adhuc tamen haec notitiam supernaturalem non semper esse fidem strictè sumptam, scilicet, quae credatur aliquid propter testimonium Dei revelantis, prout communiter fidei creditur, quae ab Ecclesia proponitur, sed sufficere potest notitiam de eisdem obiectis comparatam ex creaturis ostendebis nobis bonitatem Dei creatoris, & honestatem virtutis, quam tamen notitiam dicunt de facto esse supernaturalem, quia postquam Deus hominem elevavit ad finem supernaturalem, praesidio est ex parte sua, ut quoties proponitur nobis obiectum aliquod, quod posse terminare voluntate honestam, undecumque nobis proponatur, Deus elevet nostras potentias, ut simul cum actibus intellectus & voluntatis naturalibus, quos circa illud obiectum exercet, eliciat etiam alios actus supernaturales intellectus, & voluntatis circa illud obiectum, qui proportionem habeant cum finem supernaturalem, ad quem homo de facto supponitur ordinatus, & hanc notitiam supernaturalem dicunt appellari posse fidem non strictè sumptam, sed hanc acceptam, & hanc oportet habere posse, etiam si notitia fidei elicitur ex deo non reverent, cui si voluntate consentiant, elicitur poterunt actus supernaturales utiles ad salutem, imò & peccata detestari, & Deum super omnia diligere, & iustificari, quomodo de facto per similes cognitionem, & dilectionem ex ea orram iustitiam sunt Iob, & alii similes, non quidem omnimò sine fide, saltem late sumpta, sed tamen sine fide illa stricta, quae in revelatione fundatur, quam opinionem Ripaldus declaravit 1. de Ente supernaturali disp. 20. & 63.

Haec tamen sententia licet vera differat ab illa iam relata. Vega, & Soti, ad huc tamen admittenda non est, quia quando Patres, & Concilia fidem dicunt esse necessariam ad salutem, & iustificationem; esse principium bonorum operum, & meritum omnium; loquuntur plane de fide strictè sumpta, quae fundatur in doctrina, & revelatione Dei, prout opponitur notitia quae aliunde haberi potest ex rationibus, & motibus humanis, ut late demonstrat Cardin. de Lugo disp. 12. de fide sect. 1. praesertim ex August. lib. de Spiritu, & Litera e. 27. & q. 3. ad Simplicitatem. Et hoc quidem evidenter deducitur ex verbis illis Pauli; accidentem ad Deum oportet credere, &c. non enim haec verba intelligi possunt de fide illa lata, quam Relati Recentiores comminiscuntur, hoc est creaturis comparata, quia Tridentina sess. 6. c. 6. expressè illa verba intelligit de fide strictè sumpta, quae homo liberè movetur in Deum credens vera esse, quae divinitus revelata, & promissa sunt notitia autem illa, quae ex creaturis cognoscitur Deus earum auctor, non habet pro obiecto revelationem, aut promissionem Dei, cum creaturae non ostendant Deum aliquid revelasse, aut promississe, ergo iuxta Tridentinam in explanatione Paulus loquitur de fide propria, quae fundatur in revelatione Dei nobis obiectè proposita, quam ideo liberè acceptare possumus, vel respicere, non verò de cognitione evidenti creatoris comparata ex creaturis per rationem à posteriori evidentem, quam proinde non liberè, sed necessario accipimus.

392 Quotid tandem addimus cum Soterio q. 1. Prolog. S. Contra auctorem de potentia absoluta, & vi alterius decreti non repugare adultum iustificari ab actu fidei supernaturalem; quod quidem duplici modo contingere potest: Primum quidem, si Deus contentus sola contritione naturali, & dolore de peccatis, quatenus rationi, & Deo fini naturali contraria sunt, supernaturalem beatitudinem nobis conferret; nam in hoc casu sive illo actu supernaturali sola notitia Dei finis naturalis moveri possemus ad detestandum peccatum, quatenus naturaliter cognoscitur esse contra legem, & voluntatem Dei per lumen rationis nobis manifestatam.

Deinde, quia licet etiam requireretur actus contritionis, & cognitio supernaturalis Dei; potuit pro illo Deus alium infunderet supernaturalem habitum intellectuum, quo independenter a revelatione cognoscitur bonitas Dei in se, & offensiva peccati, quatenus rationi, & Deo, ut fini naturali contrarium, & consequenter determinaret sufficienter, & completer voluntatem ex parte intellectus ad eum actum contritionis, aut amoris supernaturalis super omnia; sicut Christus de facto per scientiam infusam ad actus omnes supernaturales, quos fecit in terris completus fuit, ac determinatus.

Dices, primum modum non esse possibilem, quia non poterit homo iustificari a peccato sine proprio actu condigne retractivo, sed contritio naturalis non est actus condigne peccati retractivus, quia non est retractivus illius, quatenus est contra Deum finem supernaturalem. Respond. arguendo minorem, quando quidem in eo casu peccatum esset contra Deum finem naturalem, non verò supernaturalem, ac proinde contritio naturalis esset actus condigne retractivus illius, etenim actus ille dicitur condigne retractivus qui peccatum retractat secundum omnem malitiam quam includit, in eo autem casu peccatum non includeret, nisi malitiam offensivam Dei finis naturalis.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Argumenta contra Fidei necessitatem dissoluta.

393 In oppositum Primum Obicitur ex Divo Paulo ad Rom. 2. ubi postquam dixit, quod non iudicatur legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustitiae adiutores, subdit, Cum enim Gentis, quae legem non habent, iustitiam aliter ea, quae legi sunt facti, ipsi sunt sicut lex, quibus verbis Apostolus videtur ad iustificationem solam exigere naturalem Dei cognitionem, quae lex impleatur, sic enim sonare videtur illa particula naturaliter, hoc est, per naturalem Dei cognitionem, ut ibi Divus Thoma exponit.

Confirmatur etiam ex illo ad Hebr. 11. Accidentem ad Deum oportet credere, quia obiectum est, ubi solam illa duo necessaria credenda ad salutem consequendam proponuntur, sed haec possunt cognosci solo lumine naturali, quia multi Philosophi naturaliter cognoverunt Deum esse, animam nostram esse, immortalem, & demonstrabilem esse naturalem Deum esse iustum, & ad iustitiam spectat puniunt malorum, & remuneratio bonorum; ergo in statu legis naturae non requirebatur fides supernaturalis Deumque in statu naturae, qui ab Adamo duravit usque ad Legem Moisaicam iustificabant homines per solam cognitionem Dei naturalem; ideo enim dicebatur status naturae, quia homines, qui in eo statu vivebant, non habebant cognitionem Dei supernaturalem, sed purè naturalem.

Resp.

394 Respon. ex D. August. lib. 1. de Spiritu, & Litera cap. 27. quem sequitur Divus Thomas par. 2. q. 109. ar. 4. ad 1. ly. naturaliter ad sensum Apostoli non excludere auxilium gratiae, & cognitionem fidei necessariam ad legem implendam, alioquin posset quis sola vi naturae totam legem naturalem adimplere; sed solum excludere cognitionem legis scriptae, quam Gentem non habebant, sicut Iudei; Itaque illa particula naturaliter non opponitur ibi gratiae, sed legi in tabulis scriptae, ut sensus sit; Gentiles, qui non habebant legem scriptam, sicut Iudei, loco legis scriptae ulos fuisse lumine naturali, adiuvo tamen per gratiam, & sic legem observasse, quae est communis expositio illius loci. Quod si contendas per ly naturaliter solum Dei cognitionem naturalem significari, non inquit Apostolus, quod gentes ex vi praesae huius cognitionis totam naturae legem servarent, sed tantum aliqua eius praecepta, ut patet ex ly ca. id est, aliquae ex hoc autem, quod quidam gentiles legem naturae hoc modo servaverint, non sequitur ob id iustificatos esse, quia non vult Apostolus, quod observans partem legis iustificetur, sed totam legem; qui enim in uno delinquit, factus est omnium reus, quantum ad hoc, quod salutem non consequitur.

Ad Confirma. negatur minor, quia non agit ibi Apostolus de sola Dei cognitione naturali, qualis est, quod Deus fit auctor naturae, & remunerator bonorum operum naturalium, quam solum de Deo cognitionem poterunt Philosophi naturaliter habere, sed de illa praesertim, quae cognoscitur, ut auctor supernaturalium donorum, & remunerator operum supernaturalium operum per aliquam ipsius contemplationem supra naturam, qualem habemus in Scripturis, ut exponit Tridentin. sess. 6. c. 6. per fidem infusam. Ad ultimum status legis naturae, ut dicebam, gratiam non excluderet, sed solum Legem Moisaicam, & Evangelicam, tres siquidem status distinguuntur, unus naturae, alter Legis Moisaicae, tertius Legis Evangelicae; quem ultimum statum quamvis aliqui statum gratiae per excellentiam vocent, tamen absolute loquendo in omni statu gratia ad salutem necessaria fuit.

395 Secundo Obicitur ritum argumentum, quia si fides supernaturalis esset necessaria medium ad salutem, sequeretur multos homines, qui habent ignorantiam fidei invincibilem, non habere sufficientem medium ad salutem, quod repugnat bonitati, & providentiae Dei, qui vult omnes homines salvi fieri, ac proinde omnibus, sicut quocumque tempore dat media ad salutem necessaria. Nec valet communis, & consuetus responsio, quod si talis homo faciat, quod in se est, circa observantiam legis naturae, hunc fuit ad Deum miraculose illuminandum, vel Angelo. Nam praeterquam quod iuxta Apostolum nemo credit sine praedicatione humana, frustra in mediis ad salutem necessariis ad miracula recurrimus, cum sine miraculo hoc providere potuisset confiteri illi iustitiam per cognitionem legis naturae.

Confirmatur quia alioqui non posset hic pro quovis tempore huius vitae salutem consequi, in quo quisque faceret, semper extra statum salutis maneret, & insuper requireret Deus à nobis impossibilia ad salutem, requireret enim observantiam praeccepti tempore, quo propter ignorantiam invincibilem esset impossibile servari. Denique etiam baptismus dicitur medium ad salutem necessarium, & tamen hoc sufficienter explicatur de baptismo in re, vel in voto; ergo licet fides dicitur eodem modo necessaria, poterit hoc intelligi de fide in re, vel in voto.

397 Respondet aliqui negando dari posse ignorantiam invincibilem quoad fidem, quia sua culpa adulti illum ignorant, si namque naturaliter bene viverent, Deus illos illuminaret, cum ex parte Dei omnibus exhiberetur praedictum lumen, ut dictum est num. 390, unde si quis fidem ignorat, dicitur sua culpa ignorare. Alit verò admittentes dari posse ignorantiam invincibilem circa fidem, dicunt non esse contra Dei bonitatem quod tales damnarentur eo modo, quo parvuli non baptizati damnantur: nam licet observantiam legem naturae, verum est quod illa observantia non sit meritoria iustificationis, nec dispositio ad ipsam sufficientem, Quod si id esse inconueniens, nec dicendum esset, quod Deus miraculose aliquando, antequam mererentur, provideret ipsis de medio, quo proponeretur ipsis mysteria Fidei, & crederetur; ita Pontius disp. 29. quaest. 1. in fine.

Verum haec doctrina, quod in nullo homine dari possit ignorantia invincibilis in re fidei, & quod ea data, non esset contra Dei bonitatem, quod talis damnaretur, est nimis rigorosa doctrina; Quare potius admittendum est dari posse in aliquo casu hanc ignorantiam invincibilem, & quod si cum tali ignorantia decedens moreretur, damnaretur utique non tamen propter infidelitatem privativam, sed propter illa peccata contra legem naturae commissa, quae si non commisit, de lege ordinaria non moreretur, donec à Deo illuminaretur, ut dictum est num. 389. Nec rectè etiam dicitur, quod id miraculose à Deo fieret; Cum enim Deus velit omnes homines salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, & de lege communi impossibile sit fieri, sine fide, dicendum est negationem esse, quum Deus non excipit, & illuminet ex

gratia per Christum in primis ad observantiam legis naturae, quae si observat per aliquod tempus, ad providentiam Dei spectat illum ad ulteriora vocare, & circa res fidei illuminare, vel per humanam praedicationem, vel alio modo, ut ait Doctor q. 1. prolog. de puero in sylis enutrito. Neque hoc censendum esse novum miraculum, siquidem spectat ad providentiam Dei de lege communi illuminare omnem hominem venientem in hunc mundum, & facienti, quod in se est, per auxilia quae tunc habet, non de illa naturalia sint merita congrua ad gratiam, non quidem ita operari illa naturalia sint merita congrua ad gratiam, sed solum quia impeditur obicem peccati, ut hic notat Cardinalis de Lugo, Castens, & alii. Aut ergo sic facit, quantum in se est, divinae gratiae cooperando, modo iam explicato, & tunc Deus illuminabit illum, vel per externam praedicationem, vel per internam excitationem, quantum satis est ad fidem supernaturalem concipiendam. Aut non facit quantum in se est cum auxilio gratiae, quod Deus de communi lege omnibus elargitur, & tunc Deus poterit illi ob peccata personalia illuminationem fidei denegare, cuius ignorantia non illi ad peccatum imputabitur, sed est tantum effectus peccati, nec propter illum damnabitur, sed propter praecedentia peccata, quae obicem posterunt, ne Deus illum ad ulteriora vocaret.

Ad Confirmationem negatur utraque consequentia, nam si homo ille facit, quod in se est cooperando divinae gratiae, tandem illuminabitur, & salutem consequetur, quamvis enim non sit in eius proxima potestate habere fidem, est tamen in eius potestate remota, cooperando auxilio divinae gratiae, quo excitatur à Deo ad observantiam legis naturae. Neque Deus exigit ab homine illo observantiam praecceptorum fidei tempore, quo cum invincibiliter ignorat, ita ut talis involuntaria ei ad culpam imputetur, sed negat ei notitiam fidei ob praecedentia peccata; semper tamen in eius est potestate salutem remota, ut dictum est, se se ad fidem disponere, cooperando divinae gratiae in observanda lege naturae, tunc enim Deus iuxta occurrentes occasiones illum ad ulteriora vocabit. Ad ult. negatur assumpta paritas de fide, & de baptismo, & ratio disparitatis iam assignata est supra num. 383. quia enim fides est initium iustificationis, cum sit notitia Dei finis supernaturalis, sine cuius auxilio dilectionem non iustificatur adultus, requiritur in re, nec sufficit in voto; nec alias potest per notitiam naturalem suppleri, quia haec non est ad supernaturalem dilectionem sufficientem, & proportionata.

398 Tertio obicitur, quia ad iustificationem solum necessariè praerequitur dilectio Dei; ad hanc autem sufficiens cognitio Dei, ut summe boni, quae cognitio lumine naturae haberi potest, ergo ante illam fidem notitiam poterit esse omnium sufficienter ad iustificationem disponere. Nec respondere valet, quumque Dei dilectionem ad hoc non sufficere, sed esse debere dilectionem supernaturalem, ad quam cognitio supernaturalis necessario praerequitur. Non valet quia ut supra dictum est q. 7. dilectio naturalis, & supernaturalis ex parte obiecti non differunt, siquidem utraque ad Deum terminari potest, ut Creatorem, & benefactorem per dona naturalia; ergo etiam sine fide dilectio supernaturalis ad iustificationem sufficiens potest haberi.

Confirmatur, quia licet opera bona naturalia cum praemio supernaturali aequalitatem non habeant, atque ideo illud de condigno non mereantur, adhuc tamen aliquam proportionem congruitatis habere videntur, dumque videntur, & incredibile, quod opera bona naturalia egregia, eo quod naturalia sunt, nullam habeant congruitatem, ut eorum intuitu moveatur Deus interdi ad aliquod supernaturale concedendum. Quis enim credat opus honestum naturale egregium, quale foret omnia sua indigentibus elargiri, aliquam congruitatem non habere, ut hic homo vocetur ad fidem, vel penitentiam. Demum licet opera naturalia non possent mereri gratiam, vel praemium aliquod supernaturale propter improportionem, poterunt tamen illum impetrare, ergo actus naturales etiam sine proportionem cum praemio supernaturali possunt deservire saltem ad impetrandum de congruo donum fidei, vel aliquod supernaturale.

399 Respondetur, gratis concedendo eam fidei cognitionem non ideo praesertim requiri quia veritas per eam cognita absolute non posset aliunde sciri; sed necessitas fidei de iudicanda est ex proportionata cognitione ad amorem supernaturalem, quae debet esse supernaturalis, & consequenter per fidem. Quamvis autem dilectio naturalis, & supernaturalis non differant ex parte obiecti quoad rem ipsam, differunt tamen quoad diversum modum illud attingendi, quia licet utroque actu, scilicet, naturali, & supernaturali attingi possit, non tamen eodem modo, perfectius enim, & certius attingitur idem obiectum nempe divina veritas, per actum fidei in fide supernaturalem quam per naturalem fidei acquiritur, ut explicatum est ibi. ca. 2. num. 216. 227. & 229. Quamvis igitur cognitio fidei ex creaturis, & rationibus naturalibus sufficiat ad aliquem Dei amorem excitandum, non tamen super omnia eo modo, quo oportet, ut homi-

homini iustificationis gratia conferatur, sed ad hunc modum requiritur cognitio fidei, que melius, & efficacius ostendit Dei bonitatem, amabilitatem, & vnicuique, quibus non ad suum amorem trahit, & afflicto, ut eam ibidem declaratum est. 237. Et quidem ita presertim dicendum est, ut saltem locationis Scrip- turarum, & Conciliorum universales affirmantium, fidem necessariam esse ad omnem iustificationem cum supernaturali fine, dei sumi debet ex proportione eius actus cum supernaturali fine, sed cum gratia, ad quam disponit item ex necessitate gratie ad eiusmodi actus, ut in multis definitum est Conciliis, & presertim in Tridentina. sess. 6.

401 Ad Confirmationem dico, quod licet antecedens concedi possit absolute loquendo, ut nimirum possit Deus de potentia absoluta opera bona naturalia presertim egregia assumere ut merito de congruo aliquid premi supernaturalis, ita ut non improprie operetur elevando hominem ad statum supernaturalem eorum operum inchoatis de facto tamen, & iuxta legem statutam dicendum est, Deum non moveri, nisi ab operibus que procedunt ex fide, vel ipsam fidem aliquo modo concernunt iuxta illud Genes. credidit Deo Abraham, & repatum est illi ad iustitiam, quia voluit de facto fide esse initium, & fundamentum totius meriti, ut ex pluribus Conciliis, & Patribus expressè deducitur: Et quidem huius divini ordinacionis potest deduci aliqua ratio ex improportione, quam ex se habet natura ad merendum, vel imperandam gratiam, supponendo non quolibet opus habere proportionem eam congruam cum quolibet premio; licet enim congruitas non sit condignitas, nec equalitas ad premium; est tamen aliquis valor alterius imperfectus, ratione cuius premians prudenter ab eo opere merito censetur ad tantum premium conferendum intuitu illius, ut dicitur est disp. 3. q. 1. n. 3. & 40. Ex quo deducitur, quod licet opus naturale non habere proportionem cum premio supernaturali, quia fidei operatio brevis, si premitabilis esset, non exigeret, nisi bonum ruo proportionatum, & opus puerile solum exigeret premium brevis proportionatum, ita opus hominis naturale solum habet proportionem cum bono, quod convenit homini in statu naturali, ut bene discit Card. de Lugo disp. 12. sect. 3. n. 30. & ideo proportionem non censetur habere cum premio ordinis divini: Unde operatio naturalis eam egregia non debent appellari, simpliciter & absolute loquendo, merita congrua in ordine ad salutem, quia congruitas nomen aliquam virtutem presertim videtur saltem imperfectam, & insufficientem ad aliquem effectum ponendum, ut dictum est sic. explicando rationem meriti de congruo: sicut ergo potentia meriti obediencialis ad effectus supernaturales non appellatur simpliciter potentia, & virtus, quia nullo modo eam incompletè tales exigit effectus; ita illa non appellari debet simpliciter congruitas, quia de se non ordinatur ad tales effectus imperandis, ut notat Lugo loc. cit.

402 Ad ultimum, alii distinguunt meritum eam de congruo ab imperatione, nam qui orat, & impetrat, non proponit merita, quibus retribuitur, aut remuneratio reddenda sicut exponit suam indigentiam, & imploret liberalitatem, & gratiam illius, quem orat; & iuxta hanc viam concedi possit argumentum quia hoc non obstante, salvarur adhuc, bona opera naturalia, quod etiam de congruo meritoria alicuius boni supernaturalis, quod solum videntur intendere Patres, & Concilia. Alii vero volunt imperacionem proprie dictam, quando nimirum, concedens id, quod petitur, non movetur à sola petentis indigentia per petitionem manifestata, sed etiam appetitione ipsa, coincidere cum merito de congruo: quia quoties oratio ipsa movet, & non sola petentis indigentia, ideo movet, quia omnis oratio continet aliquem cultum, & obsequium erga illum, qui oratur, quare movere debet propter bonitatem, quam habet, & non solum, quia proponit necessitatem petentis; sic enim non esset propria impetratio, quia preces non essent titulus, vel motivum, cuius intuitu res obtraheretur. Et iuxta hanc viam negandum est assumptum, nam quod à Deo impetratur oratione, ita impetratur, ut Deus illud concedat orationis intuitu, in qua bonitatem invenit, & merium aliquod congruam ad saltem remunerationem, & per consequens aliquam proportionem habere debet cum re, que conceditur, quam proportionem naturalis oratio non habet cum donis supernaturalibus quam viam sequitur Card. de Lugo disp. 12. sect. 3. n. 31. & sensu probabiliorum, quia in Conciliis contra Massilienses (spe de finitum est, non tantum opera naturalia non esse de congruo meritoria gratie, sed etiam gratiam non dari peccatis, & pullantibus, per quod innuitur orationem habere rationem meriti de congruo

403 Quare obicitur cum Ripalda, ad salutem sufficere fidem late sumptam, nempe cognitionem supernaturalem non fundatam in testimonio, & revelatione Dei, ut superius ipse dicebat. nam, 391. cum quibusdam alii Recensioribus; Nam, nisi hoc concedatur, difficulter defenditur, quomodo Deus omnibus infidelibus providat merita sufficientia ad salutem, & ad iustificationem? Quod enim dici solet, si homo ille faciat, quod

in se est, per actus naturales, & observet legem naturalem. Deum illuminatum illum ad fidem, innumeris patet difficultatibus, valde namque difficile est assignare quale, vel quantum tempus sit illud, quod Deus expectat observantiam legis à barbaro, ut eum illuminet circa res fidei potest enim contingere, quod una hora observet, & non tamen uno anno, quid ergo requiritur, ut dicatur fecisse, quod in se est? Deinde ad hoc probandum affert exemplum Concilii Centuriis, qui antequam fides ei Petri ministerio proponeretur, faciebat opera meritoria, ut constat ex c. 10. Actorum, ubi ab Angelo dictum est, orationes tuas, & elemosynas tuas ascendunt in conspectu Dei. Tandem arguit ab exemplo actus pie affectionis, qui sic ante fidem strictam, & tamen est supernaturalis, sicut & desiderium etiam fidei, ergo ante fidem fieri possunt actus supernaturales.

Respondetur negando assumptum, ut constat ex dictis. 397. ad impugnacionem dico satis pium, ac probabile esse, Deum tale tempus unicuique designare, in quo etiam sine fide, non solum physice, sed etiam moraliter possit occurrere precepta servare, ita ut facienti, quod in se est moraliter per auxilia, que habet per Christum, Deus non denegat suam gratiam illuminationis ad fidei. Quare credendum est, Deum non permisitur secundum legem ordinariam, ut aliquis adultus, qui cum actuali Dei gratia feruat legem naturalem, moriatur sine fide, quia Deus non deserit hominem bonæ voluntatis in necessitate, quando non prius ab homine deserat. Ad 2. dicendum est Concilium ante adventum Petri fidem strictam unius Dei habuisse ex Scripturis, & traditione, quam inter Iudeos diu degens ignorare non poterat, postea autem à Petro fidem Christi accepit, quam nondum habebat; & que pariter dicendum de Job, & aliis gentilibus saluans, quod unius Dei notitiam habuerit, non quidem ex solis creaturis, aut sola ratione philosophica deducam, sed in privata Dei revelatione fundatam, que ad hoc fidem strictam sumptam, Ad 3. iam dictum est, quæ. 9. art. 2. n. 270. piam illam credendi affectionem non ponere in numero in ratione meriti cum assensu fidei, neque hic est novum meritum, prout ab illa voluntate contrahitur; siquidem fides in ratione meriti illam voluntatem credendi includit, & ideo est principium meriti, ut Augustinus & alii Patres docent, apud quos voluntas credendi cum ipsa fide computatur, fides enim completè semper includit assensum intellectus, & impetium voluntatis, sine quo fides meritoria non esset.

404 Dices, qui antequam ad fidem convertatur, Deum orat, & ab eo lumen petit, & donum fidei, utiliter petit, alioquin frustra talis oratio consuleretur, & tamen illa oratio non procedit ex fide, ergo aliqui actus ex fide non procedentes possunt esse meritorii saltem de congruo in ordine ad salutem. Respondetur eodem serè modo, nimirum orationem illam, qua aliquis petit à Deo fidem, iam pertinere aliquo modo ad ipsam fidem, & in ratione doni computari cum ipso fidei dono, ut docuit Gregorius hom. 9. in Ezech. dum inquit, opera sine fide non adjuvant, nisi pro fide percipienda fiant. Unde non mirum, quod Deus tunc concedat auxilio supernaturali ad illam voluntatem, que non procedit merè ex lumine rationis naturalis, sed ex lumine fidei subobscuro, & quasi ab auroa fidei, & eius crepusculo, ut quærat idem lumen clarior, & orat pro illo obtinendo, quem modum eleganter discit Lugo disp. 12. sect. 3. ubi alia plura dilfoluit ad presens negotium spectantia.

Tandem dum negamus dari posse meritum aliquod ad salutem proximum, vel remotum ante fidem, hoc asserimus in ordine ad iustificationem, quatenus non potest adultus iustificationem consequi abique propria fide, & stricte sumpta, nam si quis concedere velit in infideli aliquos actus supernaturales ante fidem ex auxilio Dei elicitos, qui sine veluti præfide dispositiones saltem remotæ, quibus Deus moveatur ad illum illuminandum circa res fidei, & ad ulteriora trahendum, ut iustificationem consequi possit, hoc nullum reputo in conveniens; nam ad doctrinam Patrum, & Conciliorum in præfati negotio saluandam, sufficit, quod nemo sine fide, vel ante fidem iustificationem consequi possit, quia de potentia Dei, quod de fide supernaturali explicat Trid. sess. 6. cap. 7. & 8. Et hoc quidem innuisse videtur satis expresse Trid. sess. 6. cap. 6. cum in quibusdam bene utriusque supernaturalis excitacione ad bonum, inspicitur non aliqualem notitiam supernaturalem fidei, quam ad hoc ante Deo completè quæritur, credere, & inspicitur, excitatio autem supernaturales ad bonum, in hac vita non est aliud, quam actus fidei, vel actus proximè dispositus ad illam. De qua re videndus est Salmuth. de Deo uno tract. 3. disp. 6. quæst. 4. num. 192. ubi bene explicat vulgatum illud faciunt, quod in se est, Deum non denegat gratiam, & ostendit infidelibus, quibus fides prædicata non est, non omnino desuisse auxilium Dei remore sufficienti ad credendum, Deo sic disposito, ut per misericordiam

407 Hæc necessitas rursus considerari potest, vel in statu naturæ, vel legis, vel Evangelii; sed vel de tempore, quod præcessit Evangelii promulgacionem, vel quod secutum est; In quo puncto maior, & melior Theologorum pars in conveni- rente videntur, quod Scotus docet 3. disp. 25. q. 1. quod in statu nature fuit necessarium ad salutem credere Deum esse creatorem, iustificatorem, & remuneratorem secundum modos sibi beneficiatos, in cuius testimonium itant omnes oblationes, & sacrificia, que semper apud omnes nationes fuerunt in usu, & etiam quod anima rationalis esse immortalis: Quod totum clarè deducitur ex testimonio Pauli ad Heb. 11. accedentem ad Deum credere oportet, quia est, & inquirentibus remissionem sit, quod testimonium cum universali loquatur, non solum intelligitur, quoad iustificationem totum, qui sunt, & fuerunt post Evangelii promulgacionem, sed etiam ante; Et ratio deducitur ex dictis, quia ex lege iam statuta, & vi præsentis ordinacionis, nullus adultus iusti fieri potest abique supernaturali dilectione Dei fidei superæratu ralis in hac vero procedere debet supernaturalis aliqua notitia eiu dem obiecti, quæ ex vi præsentis decreti non est, nisi obscura fidei.

408 Deinde in lege veteri præter illa quatuor erant necessaria fides Christi venturi, tanquam Mediatoris, seu Redemptoris, in qua maiores plura credere tenebantur, quam minores, & minores etiam tantum plura credere tenebantur, quantum magis Christi adventus appropinquaret, quia plura proponebantur credenda. Tandem in lege gratie post Evangelii promulgacionem omnes tenentur explicite credere articulos fidei, licet hæc necessitas non sit æqualis respectu omnium fidelium, nam maiores, ut Prælati, & Superiores omnes, maxime Episcopi, quibus incumbit alios instruire de rebus fidei, tenentur habere fidem magis explicitam omnium misteriorum, ut alios docere valeant, & difficultates, que emergere possunt, dissolvere. Minores vero præsertim rudiores, & simpliciores non tenentur de necessitate omnes articulos explicite, & distinctè credere; sed sufficit, quod in generali credant totum id, quod Ecclesia credit; in particulari vero tenentur ad explicite credendum illa, que sunt facillioris capacitatis, sicut quod Christus natus est, & passus pro nobis, que pertinet ad Redempcionem, & illa mysteria præsertim, de quibus particulari ter sollemniter per singulos annos in Ecclesia, ut Nativitatis, Resurreccionis, Pentecostes &c. ut Doctor docet loc. cit. D. Et E. que omnia, ut constat: intelligenda sunt de necessitate præcepti, & 4. disp. 5. q. 1.

409 Controversia tamen est inter Theologos de necessitate mediæ, an in lege gratie post sufficientem Evangelii promulgacionem explicita fides divinitatis, & mortis Christi sit medium ad salutem necessarium; in qua tres sunt sententiæ, duæ extremæ, & tertia veluti mediæ. Prima absolute negat, asserens etiam in lege gratie non esse necessarium ad salutem, ut quis explicite credat mysterium Incarnationis, & Christum fuisse verum Deum, hominem, mortem, & resurrectionem eius, sed sufficere implicite hæc credere, credendo explicite Christum esse mediatorum, & Salvatorem nostrum; ita Recentiores quamplures, Vega, Medina, Suarez, Coninchius, Lugo, Arriaga, Turrianus, Poncius, & Arretius ex nostris probabiliter defendit 3. disp. 25. q. 1. art. 8. Alia sententia extrema absolute affirmat post sufficientem Evangelii promulgacionem fidem explicitem Christi Mediatoris divinitatis, mortis, & resurrectionis, esse medium in re necessarium ad salutem, pro qua citantur Scholastici antiquiores D. Thomas, Alensis, D. Bonaventura, Scotus, R. Ricardus, & sequuntur plures Recentiores, Valentia, Molina, Sanchez, Lorca, Amicus, Beccanus, Meracius, Morandus, Caspensis, & alii. Tertia tandem sententia mediæ distinguit, & asserit fidem explicitam Christi esse quidem medium necessarium ad beatitudinem, in quo convenit cum secunda sententia, non tamen ad iustificationem, in quo convenit cum prima; quod quidem deducit ex quibusdam Scripturæ testimoniis; quibus significatur necessitas fidei Christi ad beatitudinem ita Cano. de Sacramentis part. 2. q. 2. Bannes 2. q. 1. q. 8. & quidam alii Thomistæ, que opinio communiter tenetur, quia de utroque quantum ad hoc est eadem ratio, tam, scilicet, de iustificatione, quam de beatitudine; Et cum Scriptura requirit fidem Christi explicitam ad salutem, loquitur de prima iustificatione, & remissionem peccatorum po-

hominis, vel Angeli, vel à solo Deo fides illis annunciata fuisse, & ab eodem concessa fuisse votario interea proximè sufficienti ad credendum. Videtur etiam Doctor quæst. 1. Prolog. 5. Contra autem qui pro additione signatur, ubi hoc dubium ex professo tractat.

QUESTIO DECIMASEXTA.

Quærum obiectorum fides explicita sit necessaria ad salutem adultorum.

ARTICULUS PRIMUS.

Quæstio Resolutio.

410 Dicendum est, quod quamvis prima sententia sit valde pia, & probabilis, secunda tamen longe probabilior est, & conformior Scripturis, & Patribus, quod nempe post sufficientem Evangelii promulgacionem fides explicita Christi Mediatoris, divinitatis, mortis, & resurrectionis necessaria est necessitate mediæ, non solum ad beatitudinem, sed etiam ad iustificationem omnium habentium usum rationis. Ità D. Bon. 3. disp. 25. art. 1. q. 3. & Scotus ibidem quæst. sub lit. F. ubi ait eandem esse necessitatem fidei de Christo Redemptore, ac de Deo Creatore; quare cum fides explicita Dei Creatoris sit necessaria simpliciter ad salutem, ità & Christi Redemptoris; Nec obstat, quod dicat ibidem fidem explicitam Redemptoris non fuisse pro omni statu necessariam; etenim his verbis vult negare necessitatem fidei huius explicitæ ante Evangelii promulgacionem, non vero post. Quod verò hæc sententia conformior sit Scripturis deducitur ex pluribus novi Testamenti testimoniis, ut lo 7. Hæc est vita æterna, ut cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti in saeculum Christum, quibus verbis cognitio Christi eodem modo necessaria dicitur ad vitam æternam, & via ad illam, sicut cognitio Dei, que necessario debet esse explicita. Et lo. 14. Sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto, ità exaltari oportet filium hominis, ut omnis qui credit in ipsum non pereat, sed habeat vitam æternam, ubi rursus comparatur fides in Christum cum eius exaltacione seu morte; ac qui mors ex vi præsentis decreti omnibus omnino necessaria fuit; ergo etiam fides in illum. Et ibidem infra, qui non credit in eum iam iudicatus est, quia non credit in nomine unigeniti filii Dei. Et Marci 16. prædicare Evangelium omni creature, qui non creditur condemnabitur hoc est, qui non creditur Evangelio, ad quod prædicandum mittebantur Apostoli; Fides autem Evangelii includit fidem divinitatis, humanitatis, & mortis Christi, per quem, redempti sumus. Et Petri Actorum 4. Non est aliud nomen sub Cælo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri, ubi verbum oportet necessitatem importat; quapropter ex hoc loco Lorinus eum multis Patribus, & Conciliis deducit fidem explicitam de Christo post promulgatum Evangelium esse cuilibet homini ad salutem necessariam.

411 Respondent Auctores tertiæ opinionis huiusmodi testimonio intelligenda esse de necessitate fidei explicitæ Christi ad beatitudinem, que dicitur vita æterna, non vero ad iustificationem; Sed Contra quia testimonio Scripturæ potius probant de prima iustificatione, ut constat ex eorum verbis allatis; Tum quia id directè repugnat, Concil. Tridentina. sess. 6. c. 6. ubi pro necessaria dispositione ad iustificationem adultæ, assignat fidem eorum, que divinitus revelata, & promissa sunt, dum ait: Atque illud in primis à Deo inspicitur impium per gratiam eius, & per redempcionem, que est in Christo Iesu verbum in primis necessitatem fidei redempcionis Christi denotat. Tum tandem quia fides explicita divinitatis, & mortis Christi ad iustificationem necessaria non esset, nec minus necessaria foret ad vitam æternam; consequentia est: videns, etenim ut aliquis secundum legem ordinariam vitam æternam consequi possit, facit est, si se Filius Dei adoptivus, & consequenter ad vitam æternam iam habeat; cum igitur per iustificationem fiat filius Dei adoptivus, & eius acquirat ad vitam æternam, plane si ad hoc non requiritur explicita fides divinitatis, & mortis Christi, nec etiam ad vitam æternam requireretur talis explicita fides, quod tamen non admittunt Auctores illius tertiæ opinionis.

412 Respondent Auctores primæ sententiæ, præsertim vero Poncius disp. 29. q. 2. concl. 5. omnia illa loca Scripturæ intelligenda esse regulariter, & ordinariè, hoc est de via ordinaria salutis, & iustificationis, & quando quis potest de fide Christi explicite, & distinctè instrui, non autem absolute, & simpliciter, & in aliquibus extraord. nautis casibus, in quibus tunc sic instrui, tunc enim sufficit sola fides Christi implicita circa prædicta mysteria. Sed hæc responsio reiecta est supra quæst. 1. n. 389. nam sic pariter dici possit abique gratia, & abique actu charitatis, & penitentia infuse post lapsum, posse aliquem iustificari, qui etiam absequo aliquo auxilio supernaturali peccata naturalis vires liberabitur; nam si Scripturæ adducantur, & Concilia oppositum docentia; eodem modo explicari poterunt, quod loquuntur ordinariè, & regulariter, & de via ordinaria iustificationis, & quando quis commodè potest ad hunc huiusmodi charitatis, & penitentia infuse elicere: non autem